


**Bibliotheca**  
**10.4.2/2**

**Durandi de Sancto Porciano**  
**Scriptum super IV libros Sententiarum**

Buch IV, dd. 20-25

Herausgegeben von

Christoph Burdich und Massimo Perrone



PEETERS  
LEUVEN - PARIS - BRISTOL, CT  
2020

<DISTINCTIO VIGESIMA  
QUESTIO PRIMA  
VTRVM ILLE QVI IMPLET PENITENTIAM  
A SACERDOTE SIBI INIUNCTAM SIT TOTALITER LIBERATVS>

- 5 [1] *Sciendum est* etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum ille qui implet penitentiam a sacerdote sibi iniunctam sit totaliter liberatus. \*Et\* arguitur quod sic, quia sacerdos est arbiter inter penitentem et Deum; ergo sicut penitens debet stare taxationi pene per sacerdotem, ita uidetur quod Deus debeat illa taxatione esse contentus.
- 10 [2] Item pronior est Deus ad miserandum quam ad condempnandum; set si sacerdos imponeret peccatori maiorem penitentiam quam debeat culpe, peccator teneretur ad faciendum eam; | ergo similiter, *O104vb* si iniungat minorem, uidetur quod faciendo eam sit totaliter liberatus.

[3] In contrarium arguitur quia Deus pro maiori culpa exigit  
*K39vb* maiorem penam | et pro minori minorem, cum hoc habeat ordo iusti- 15  
 tie; set sacerdotes et etiam canones imponunt quandoque maiorem  
 penam pro minori culpa et econuerso, sicut layco imponitur peniten-  
 tia septennis pro homicidio, sacerdoti uero pena decennis pro forni-  
 catione, licet homicidium sit maius peccatum quam fornicatio; ergo  
 uidetur quod apud Deum non sufficiat talis taxatio. 20

[4] Responsio. Videnda sunt duo que tanguntur in argumentis. Pri-  
 mum est qualiter pena \*est\* a sacerdote taxanda, an scilicet pro maiori  
 culpa sit semper imponenda maior pena \*et pro minori minor\*. Secun-  
 dum est, supposito quod sacerdos districte taxet penam, utrum faciens  
 eam sit a pena totaliter liberatus. Quantum ad primum sciendum 25  
 quod pena taxatur in confessione propter duo, \*scilicet\* propter debi-  
*P121vb* tum soluendum | et propter remedium prestandum contra recidium.  
 Quantum ad primam condicionem semper esset imponenda maior  
*O105r* pena pro maiori culpa. Cuius ratio est quia pena soluitur ut | inequa-  
 litas iniustitie commisse per culpam reducatur ad equalitatem iustitie 30

per solutionem pene; set maior inequalitas iniustitie committitur per  
maiolem culpam; ergo non reducitur ad equalitatem iustitie | nisi per *M249ra*  
maiolem penam. Si autem consideretur pena prout prestat remedium  
35 contra recidium in peccatore et contra scandalum quod oritur in  
plebe, sic non semper imponenda est maior pena pro maiori culpa, set  
quandoque minor. Cuius ratio est quia pena prestat remedium contra  
recidium et scandalum inquantum cohibet pronitatem ad peccan-  
dum; ubi est ergo maior pronitas ad peccandum, ibi requiritur maius  
retractiuum; set in eo qui committit minorem culpam quandoque est  
40 maior pronitas ad recidium, sicut in iuvene fornicante maior est pro-  
nitas quam in sene; ergo indiget maiori pena ipsum retrahente quam  
senex, licet minus peccet, quia maius incentiuum habet. Eadem ratio  
est de scandalo, quia minus peccatum | quandoque est | magis scandali- *V123ra*  
zatiuum et magis trahitur in exemplum, \*ut\* in persona que debet esse *Na100vb*  
45 maioris edificationis, sicut est fornicatio in sacerdote, quam sit maius

peccatum in priuata persona, puta homicidium, et precipue quia non  
*O105v* | est in communitate tanta pronitas ad hoc peccatum. Et sic patet pri-  
 mum, qualiter est taxanda pena pro culpa.

[5] Quantum ad secundum dicendum est quod si pena imposita a  
 sacerdote non sit condigna pro solutione pene debite culpe, tunc exsol- 50  
 uens talem penam non est simpliciter liberatus, set faciet residuum  
 in purgatorio. Cuius ratio est quia error sacerdotis seu qualiscumque  
 indispositio penitentis non debet mutare iustitiam diuinam quoad  
*M249rb* | punitionem | peccatoris; set quod imponatur pena non condigna  
 culpe prouenit uel ex errore sacerdotis nescientis ponderare quanti- 55  
 tatem culpe uel saltem ex eius nescientia, quia non potest eam per-  
 fecte cognoscere nec contritionem penitentis, uel dato quod sciat, ex  
 industria imponit minorem penam propter condicionem penitentis,  
 qui forte magnitudine pene posset a penitentia agenda impediri prop-  
*O106r* | ter debilitatem corporis uel infirmitatem | mentis, et ideo eligit minus 60  
 dampnum ut maius euitet; ergo propter hoc non debet impediri iusti-  
 tia diuina quin peccator puniatur pena condigna peccato; quod est  
*E37vb* | intelligendum | de pena que soluitur per modum debiti, non autem

de illa que imponitur ad remedium recidiui, quia in purgatorio solum  
 65 exigitur pena ad soluendum debitum et non ad preseruandum contra  
 | recidium, | cum non maneat ulterius locus aut tempus peccandi. *K40ra*

[6] Ad primum argumentum dicendum quod licet sacerdos sit *L36vb*  
 arbiter, habet tamen limitatam potestatem, scilicet quoad remissionem  
 culpe et dimissionem pene uirtute clauium quantum exigit contritio  
 70 penitentis, non autem quoad taxationem uel dimissionem pene pro  
 arbitrio uoluntatis, nisi quod peccator si plus non faciat in hac uita  
 quam sit ei taxatum, non imputatur ei ad transgressionem.

[7] Ad secundum dicendum quod quoad forum ecclesie obligatur  
 peccator ad faciendam penam sibi impositam et liberatur faciendo  
 75 eam, siue sit condigna siue non, set quoad | forum Dei non sufficit *A143vb*  
 \*minus digna\* nec exigitur | amplior quam condigna; unde si | pec- *M249va*  
 cator cui \*imponitur\* pena maior \* quam exigat sua culpa decederet *O106v*  
 peracta sola medietate penitentie, euolaret ad celum, nec exsolueret  
 residuum in purgatorio.

## &lt;QUESTIO SECVNDA

## VTRVM VNVS POSSIT PRO ALIO SATISFACERE&gt;

[1] Secundo queritur utrum unus possit pro alio satisfacere. \*Et\* arguitur quod non, quia contritio, confessio et satisfactio ad se inuicem  
*P122ra* ordinantur et sibi inuicem | correspondent; set unus non potest pro 5  
 alio conteri aut confiteri; ergo nec satisfacere.

[2] Item quando aliquis suscipit satisfactionem pro altero, si ille decedens moriatur antequam ille satisfactionem expleat, aut punitur pro peccatis illis aut non. Si non, ergo ante satisfactionem debitam glorificatur; si sic, cum alius postea satisfaciatur, idem peccatum bis  
*Z180ra* punitur; utrumque autem istorum | est inconueniens; ergo \*et\* illud 10  
 ex quo sequitur, scilicet quod aliquis possit pro alio satisfacere.

[3] In contrarium arguitur quia plus ualet caritas apud Deum quam apud homines; set apud homines unus potest ex amore pro alio debitum soluere; ergo fortiori ratione apud Deum potest unus ex caritate 15  
 pro alio satisfacere.

- [4] Responsio. Sicut patet ex precedenti questione pena satisfactoria que \*penitenti imponitur\* ualet | ad duo, scilicet ad solutionem debiti et ad prestandum remedium contra reciduum. Si ergo \*consideretur pena\* prout prestat remedium contra reciduum, sic impossibile est quod unus exsoluat penam pro altero. Cuius ratio est quia pena non prestat remedium contra reciduum, nisi quia bene | disponit hominem ad melius resistendum | occasionibus recidui; set ex hoc quod unus sustinet penam pro alio, ille alius in nullo melius disponitur, sicut ex ieiunio unius non maceratur caro alterius ad melius resistendum concupiscentiis carnis, et sic est in omnibus | aliis (quilibet enim bene uel male disponitur actu proprio et non alieno); ergo pena que sustinetur ab uno in nullo prestat remedium contra reciduum alterius.
- [5] Si autem pena consideretur ut est solutio debiti, sic est triplex opinio an unus possit satisfacere pro alio. QUIDAM enim dicunt quod si peccator possit satisfacere pro se ipso, tunc non ualet ei satisfactio si fiat per alium; si autem non possit, ualet quidem, set oportet quod ille

O107r

V123rb

Na101ra

M249vb



*O107v* alius exsoluat | maiorem penam quam si ipse in propria persona eam  
exsolueret. 35

Ratio primi est quia iustum est ut ille idem qui peccauit puniatur et non alius pro ipso, si tamen potens sit in soluendo. Vnde sicut magistro non sufficeret, quando discipulus deliquit et meruit disciplinam, quod alius disciplinaretur pro eo, ita secundum ISTOS non sufficit Deo si pro eo qui peccauit alius sustineat penam, si tamen ille qui peccauit 40 sit potens sustinere. Si autem non sit potens, tunc sufficit, cum Deus non petat ultra illud quod est possibile. Confirmatur hoc, quia alias bonum forum habent diuites, qui per pauperes de familia possent ieiunia sibi imposita facere et peregrinationes explere.

*K40rb* Ratio secundi est quia plus satisfacit pena propria | quam aliena, 45 quia plus adimit. Ergo ad hoc quod sufficit pena propria, non sufficit aliena, nisi aliquantulum plus addatur.

[6] Secunda opinio est totaliter ei contraria. Dicit enim quod unus potest satisfacere pro alio, quantumcumque ille sit potens ad satisfaciendum, dummodo uterque sit in caritate, alias opera non essent | *M250ra*  
 50 satisfactoria; nec oportet quod maior pena imponatur ei qui pro alio | *O108r*  
 satisfacit quam imponeretur | principali. *L37ra*

Ratio primi est quia ad satisfaciendum pro altero sufficit penam debitam soluere supposita caritate; set unus potest penam alteri debitam soluere, siue ille sit potens ad soluendum siue impotens; ergo si  
 55 eam faciat, satisfacit pro eo.

Ratio secundi est quia pena habet uim satisfaciendi ratione caritatis per quam a Deo acceptatur; set maior caritas apparet in hoc quod | *E38ra*  
 aliquis pro alio satisfacit quam si ille satisfaceret pro se ipso; ergo non  
 60 solum tanta, set etiam minor pena requiritur cum aliquis satisfacit pro altero quam si satisfaceret pro se ipso.

[7] Tertia opinio est quod satisfactio quam quis facit pro alio uel procedit | ex auctoritate imponentis penitentiam uel ex sola uoluntate *B38rb*  
 illius qui satisfacit et eius pro quo satisfacit. Si ex auctoritate imponentis, certum est quod unus potest satisfacere pro altero, siue ille sit  
 65 potens ad satisfaciendum siue impotens. Cuius ratio est quia nullus

tenetur ad penitentiam sibi impositam nisi secundum modum quo est sibi imposita.

- O108v* Si ergo imponens determinet | quod penitentia fiat per alium, liberatus est a penitentia qui facit per alium, siue illud sit ieiunium siue peregrinatio siue quodcumque aliud. Et in hoc sensu procedit secunda opinio quoad primum articulum, quia de secundo postea tangetur. Si uero non fiat de auctoritate imponentis, tunc non uidetur quod extra casum necessitatis unus possit pro alio satisfacere. Cuius ratio  
*M250rb* est quia non est satisfactio pro offensa | maxime quoad Deum nisi sit accepta. In hoc enim, sicut prius dictum fuit, differt satisfactio pro offensa a restitutione, quia ad restitutionem rei habite sufficit reddere  
*V123va* equale, siue acceptetur siue non, set | ad satisfactionem | pro offensa  
*P122rb* non sufficit soluere penam nisi restituatur amicitia per quam pena  
*Na101rb* | sit accepta; set mutatio pene impositae que non sit ex auctoritate imponentis expressa uel presumpta (expressa si hoc dicat, presumpta  
*A144ra* si casus impotentiae uel | necessitatis occurrat), numquam debet esse iudici imponenti accepta; ergo non est satisfactoria. In casu uero necessitatis, etsi unus possit | satisfacere pro alio, uidetur tamen quod per  
*O109r* equalem penam non ita liberetur, acsi ipsemet faceret eam. Cuius ratio est quia pena quatinus plus adimit de propria uoluntate quod cedit

in honorem Dei, plus satisfacit: sicut enim fuit inequalitas iniustitie  
 in peccando, quia peccator plus habuit de uoluntario quam debuit,  
 et Deo subtractum est de honore ultra debitum, sic fit equalitas iusti-  
 90 tie quando subtrahitur de uoluntate peccatoris, de qua nimis habuit,  
 et exhibetur ad honorem Dei, cui aliquid peccando subtractum fuit.  
 Set pena quam quis per se ipsum sustinet plus subtrahit de uoluntate  
 quam si fieret per alterum. Ergo magis satisfacit. Non ergo ad tan-  
 tum satisfaciendum sufficit equalis pena facta per alterum. Nec ratio  
 95 alterius opinionis quoad secundum articulum ipsius cogit, quia licet  
 penitentia facta pro altero ratione caritatis, | que maior apparet, magis *M250va*  
 acceptetur a Deo quoad meritum facientis propter caritatem eius, non  
 tamen magis acceptatur | ut magis satisfactoria pro alio a quo minus *O109v*  
 adimit.

100 [8] Ad primum argumentum dicendum quod non est simile de  
 contritione, confessione et satisfactione, quia contritio | ordinatur ad *Z180rb*  
 dimissionem culpe que pertinet ad dispositionem hominis, | et quia *K40va*  
 unus non disponitur ex actu alterius, ut dictum est prius, ideo unus  
 non potest conteri pro alio. Similiter confessio fit propter absolu-

tionem per quam \*datur gratia\* uel data augetur ipsi confitenti, et ideo 105  
 confessio facta ab uno non ualet alteri. Set satisfactio ordinatur ad  
 solutionem pene debite quam unus potest pro alio soluere in certis  
 casibus. Et ideo unus potest pro alio satisfacere modis quibus dictum  
 est prius.

[9] Ad secundum dicendum quod ille qui decedit antequam satis- 110  
 factio quam alius pro eo suscepit sit expleta, punietur in purgatorio  
*L37rb* pro eo quod | non est expletum; nec tamen idem peccatum punietur  
 bis, quia si iste puniatur in purgatorio plene antequam satisfactio que  
 pro eo debuit fieri sit inchoata, tunc si ille qui eam faciendam suscepit  
 postea eam faciat, cedit ad satisfactionem priorum delictorum, et 115  
*O110r* non | illius qui iam expeditus est. Si uero eam non faciat, punietur pro  
 ea tamquam pro promisso non expleto. Et sic pro alio punietur, quam-  
 uis principalis sit punitus in purgatorio.

[10] Argumentum alterius partis non concludit uniuersaliter, quia  
 etsi apud homines unus possit \*satisfacere\* pro \*alio\* potente uel 120  
*M250vb* impotente quoad rem debitam, non | tamen quoad iniuriam illatam,

nisi procedat de uoluntate iudicis uel partis; et similiter est in proposito, cum agatur de penitentia que imponitur pro offensa diuina.

## &lt;QUESTIO TERTIA

## VTRVM INDVLGENTIE TANTVM VALEANT QVANTVM SONANT&gt;

[A1-B1] Postea queritur de indulgentiis per quas pene dimittuntur et primo utrum indulgentie tantum ualeant quantum sonant. Et uidetur quod non, quia quandoque datur indulgentia quod qui prebet auxilium ad fabricam alicuius ecclesie consequatur tertiam partem remissionis peccatorum; si ergo indulgentie tantum ualent quantum sonant, tunc qui daret primo unum denarium et secundo alium et tertio tertium consequeretur plenam absolutionem ab omni pena peccatis suis debita, quod uidetur absurdum.

[A2-B2] Item | quandoque datur indulgentia | euntibus ad aliquam ecclesiam non distinguendo an ueniant de remotis uel | de prope; si ergo indulgentia tantum \*ualet\* quantum sonat, \*sequeretur\* quod tantum ualeret illi qui est iuxta ecclesiam quantum illi qui ueniret a remotis partibus, quod non uidetur equum.

[A3-B3] Adhuc ad talem ecclesiam potest homo ire pluries in die; set forma indulgentie non dicit nisi quod euntes ad ecclesiam participant talem indulgentiam; ergo quotiens aliquis ibit ad ecclesiam, eodem die totiens habebit indulgentiam, et ita uno die poterit consequi facillime | expiationem totius pene sibi debite, quod non uidetur 20  
*P122va* conueniens.

[A4-B4] In contrarium arguitur, quia ecclesia non decipit filios suos; set deciperet nisi indulgentie tantum ualerent quantum sonant; ergo etc.

*M251ra* [A5-B5] Responso. De indulgentiis pauca \*possunt dici\* | per 25  
 certitudinem, quia nec Scriptura expresse de eis loquitur. Quod enim dictum est Petro *M a t t h . 1 6 : Tibi dabo claves regni celorum et quodcumque ligaueris* etc. intelligitur de potestate ei data in foro penitentie. De collatione autem indulgentiarum non est clarum quod debeat intelligi. SANCTI etiam antiqui \*HYLARIVS, AMBROSIVS\*, AVGVSTINVS, 30  
*O111r* HIERONYMVS minime loquuntur de indulgentiis; | GREGORIVS tamen loquitur, qui indulgentias Rome instituit in stationibus. Et ideo

loquendo de eis sequendus est \*usus\* communis. Inquiretur ergo  
 primo an indulgentie aliquid ualeant et unde ualorem habent; secun-  
 35 do an tantum ualeant quantum sonant; tertio quibus ualeant.

[A6-B6] Quantum ad primum dicunt QUIDAM quod cum sit  
 duplex iudicium, ecclesie scilicet et Dei, indulgentie ualent in foro  
 ecclesie tantum quantum sonant, non in foro Dei, quia per indulgen-  
 tias absoluitur quis a penis taxatis uel | a iure uel a sacerdote ut non *K40vb*  
 40 teneatur eas facere in presenti uita, set non absoluitur a pena culpe  
 debita | secundum iudicium Dei quin eam totam exsoluat in purga- *A144rb*  
 torio, quamuis per indulgentiam ecclesie non teneatur eam facere in  
 hoc mundo.

[A7-B7] Istud autem etsi possit fieri per ecclesiam, quia si sacerdos  
 45 qui penitentiam iniunxit potest partem penitentie ex causa remittere  
 ut non teneatur penitens eam facere uel penitentiam quam imposuit  
 potest in aliam commutare, fortiori ratione hoc potest papa; set si ad  
 hoc ualerent indulgentie, magis essent dicende obesse quam prodesse.



*M251rb* Cuius ratio est quia remittere minorem | penam et transmittere ad  
*O111v* grauiorem non est alleuiatio, set nocumentum; set si indulgentie | 50  
 ualere solum primo modo, tunc remitterent leuiorem penam, sci-  
*L37va* licet | huius uite, et transmitterent ad grauiorem, scilicet purgatorii;  
 immo non esset ibi aliqua remissio pene, sed dilatatio cum augmento  
 eiusdem; ergo indulgentie non ualere, set potius nocere, quod  
 non est dicendum. 55

[A8-B8] Et ideo dicitur communiter quod indulgentie ualent ad  
 remissionem pene tam in foro ecclesie quam in foro Dei, quod decla-  
 ratur sic: unus potest satisfacere pro alio \* maxime quando procedit ex  
 auctoritate superioris, ut patet ex precedentibus; est autem in eccle-  
 sia thesaurus spiritualis ex merito passionis Christi et sanctorum, qui 60  
 multo plura sustinuerunt tormenta quam meruissent peccata eorum;

- et ideo ecclesia de hoc thesauro potest communicare alicui uel aliquibus quod sufficit ad satisfaciendum pro eorum peccatis in parte uel in toto, secundum quod placet ecclesie de hoc thesauro plus uel minus communicare; hoc autem fit per indulgentias, que non sunt  
 65 aliud quam communicatio pene Christi et sanctorum que fit nobis ad satisfaciendum pro peccatis nostris; unde indulgentie secundum hanc uiam ualent per modum | solutionis quatinus per Christum et sanctos  
 | soluitur \*nobis pena\* debita. *O112r*  
*V124ra*
- 70 [A9-B9] Hic autem sunt duo dubia. Primum est an meritum passionis sanctorum pertineat ad thesaurum | ecclesie. Videtur enim quod non, quia illud quod est plene remuneratum uel postea remunerabitur non uidetur | quod sit pro alio satisfactorium; set | quidquid pene sustinerunt sancti martires ultra id quod peccata eorum meruerunt est  
 75 eis plene remuneratum uel resumpto corpore \*plene remunerabitur\*;  
 ergo non uidetur quod illud possit | nobis cedere ad satisfactionem. Set *Na101vb*  
*E38va*  
*M251va*  
*Z180va*

de thesauro ecclesie datur nobis per indulgentiam unde satisfaciamus  
 secundum hanc opinionem. Ergo pene quas sustinuerunt sancti non  
 pertinent ad thesaurum ecclesie, set solum passio Christi, que exce-  
*P122vb* dit penam | omnibus peccatis mundi debitam, que etsi in sacramentis 80  
 nobis communicetur, tamen sua infinitate efficaciam sacramentorum  
 excedit. Meritum ergo Christi sufficit ad thesaurum ecclesie. Et quid-  
 quid sit de hoc, tamen in nullo positio procedens propter hoc impe-  
 ditur, cum solum meritum Christi sufficiat ad thesaurum ecclesie, et  
 hoc potest concedi. 85

*O112v* [A10-B10] Secundum dubium est quia ad | potestatem excellentie  
 que soli Christo competit pertinet ut effectus sacramentorum detur  
 sine sacramentis; set dimissio pene culpe debite secundum totum uel  
 partem est effectus sacramenti baptismi et penitentie, ut patet ex pre-  
 cedentibus; ergo uidetur quod sine sacramentis non possit eam remit- 90

tere nisi Christus. Set si indulgentie ualerent ad dimissionem talis pene, ut ponuntur ualere, dimitterent talem penam sine quocumque sacramento. Quare non uidetur quod ualeant, cum illud sit inconueniens.

95 [A11] Ad istud respondetur  
 communiter sic, quia effectus  
 sacramenti baptismi uel peniten-  
 tie est remissio reatus et hic effec-  
 tus non inducitur per indulgen-  
 100 tias, set faciens indulgentiam pro  
 reo soluit penam quam debeat;  
 set istud non est bene clarum,  
 quia reatus non est nisi obliga-  
 tio ad penam ratione culpe; ergo  
 105 reatus iste non minuitur. Ideo  
 dicitur aliter quod per sacramen-  
 tum dimittitur pena, quod non  
 fit per indulgentias, set per eas  
 soluitur. Set nec istud uidetur,  
 110 | quia pena que dimittitur | per  
 sacramentum baptismi uel peni-  
 tentie dimittitur uirtute passio-  
 nis Christi, que in sacramentis  
 nobis communicatur. Ergo nec

[B11] Ad hoc dicendum est

*K41ra*  
*B38va*

*O113r* omnino gratis dimittitur | pena 115  
 per sacramenta et per indulgen-  
 tias, cuius oppositum dicebat  
 precedens solutio. Posset ergo  
 aliter dici  
 quod ad potestatem excellentie pertinet conferre principalem effec- 120  
 tum sacramenti sine sacramento; set secundarium effectum conferre  
 potest ille qui non habet potestatem excellentie; ideo remissionem  
 culpe, que est principalis effectus penitentie, non potest conferre sine  
*M251vb* | sacramento nisi Christus, apud quem residet potestas excellentie; set 125  
 remissionem pene, que est secundarius effectus, potest facere alius a  
 Christo, utpote quilibet satisfaciens pro alio. Hoc igitur supponatur.  
 Et sic patet primum.

[A12-B12] Quantum ad secundum, scilicet an indulgentie tan-  
 tum ualeant quantum sonant, est multiplex modus dicendi. Primus  
 est quod ualent solum secundum mensuram deuotionis suscipientis et 130  
 non quantum sonant. Set istud non ualet, quia si indulgentie ualerent  
 solum secundum deuotionem suscipientis, tunc indulgentie inniteren-  
 tur merito suscipientis et non cuicumque facto; igitur ex sola deuo-  
 tione posset aliquis consequi indulgentiam etiam si non faceret condi-

135 cionem positam in indulgentia, que est de peregrinatione uel dono uel  
quacumque elemosina, quod non tenetur.

[A13-B13] Secundus modus est quod indulgentie ualent secun-  
dum mensuram rei date | uel facte, prout in forma indulgentie expri- *O113v*  
mitur aliquid dandum uel faciendum. Set istud non ualet, quia hoc  
140 non esset indulgentia, set commutatio, et etiam commutatio non  
necessaria: elemosina enim uel peregrinatio est secundum se satisfac-  
toria. Si igitur pro elemosina data uel peregrinatione facta non | datur *L37vb*  
per indulgentias alicui nisi quantum hee ponderant, tunc non \*ualet\*  
indulgentia aliquid, quia secundum se tantum ualeret elemosina uel  
145 peregrinatio facta, et iterum uterque istorum modorum ponit doctri-  
nam | ecclesie falsam esse, ex quo \*non ualet\* indulgentie quantum *V124rb*  
sonant.

[A14-B14] Tertius modus est quod indulgentie ualent quan- *A144va*  
tum sonant | si causa pro qua fit indulgentia est condigna quantitati *M252ra*  
150 indulgentie. Verbi gratia, si accipientibus crucem transmarinam detur

indulgentia plenaria, uidetur sufficiens causa, quia cum mors tollerata pro Christo expiet omnem penam, illis qui uadunt ultra mare, cum exponant se morti pro Christo, uidetur iustum esse quod detur \*eis\* indulgentia plenaria; in aliis \*autem\* similiter est considerandum an

*O114r* causa indulgentie sit eis proportionata. Hec autem opinio bene | est pro- 155

babilis \*et\* tamen non est totaliter concors consuetudini ecclesie, que non obseruat hanc proportionem, set pro uisitatione \*ecclesie alicuius\*

*Na102ra* certo die dat magnam indulgentiam, quandoque | uiginti annorum, et pro eadem causa dat quandoque maiorem, quandoque minorem.

[A15-B15] Ideo est quartus modus, qui tenetur communis, scilicet 160 quod indulgentie tantum ualent quantum sonant non ex deuotione suscipientis, ut dicit prima opinio, nec ex quantitate rei date, ut dicit secunda, nec ex proportione ad causam indulgentie, ut dicit tertia, set ex abundantia meritorum Christi, supposito quod in dante sit auctoritas, in suscipiente ydoneitas, de qua dicitur in tertio articulo, in causa 165

sit pietas, scilicet \*honor\* Dei et \*utilitas\* ecclesie. Quod probatur sic: meritum Christi sufficiens est ad expiationem omnis pene; si ergo per | indulgentiam applicatur alicui qui sit eius capax et per illum in quo *E38vb*  
 170 ad que ordinantur merita Christi, patet quod tantum de pena expiatur ad quantam expiandam | applicatur, et hoc modo \*indulgentie\* tan- *M252rb*  
 tum ualent quantum sonant. Et sic patet secundum.

[A16-B16] Quantum ad tertium dicendum est quod indulgentie non ualent existentibus in peccato | mortali nec illis qui sunt in *O114v*  
 175 caritate nisi expleant condicionem indulgentie. Primum patet, quia indulgentie ordinantur | ad expiationem pene; set pena non expiatur *K41rb*  
 nisi culpa dimissa; ergo perseuerantibus in culpa mortali non \*ualet indulgentia\*. Secundum sic patet: donum factum sub condicione non ualet nisi implenti condicionem; set omnes indulgentie dantur sub  
 180 condicione alicuius spiritualis operis faciendi uel corporalis propter spirituale, ut est elemosina data ad fabricam ecclesie uel uisitatio liminum sanctorum uel expugnatio hostium fidei seu aliquid tale; ergo qui non implet has condiciones non habet indulgentiam. Et ideo



pauper uel religiosus qui non dat id quod in indulgentia continetur, licet possit habere meritum ex deuotione sua, tamen non consequitur indulgentiam. Quicumque autem est in caritate, si faciat illud |  
*Z180vb* pro quo datur indulgentia, consequitur eam, etiam ille idem qui facit indulgentiam, quia, licet nullus possit excommunicare se directe uel indirecte, eo quod excommunicatio profertur per modum sententie, et nullus potest esse iudex sui ipsius, indulgentiam tamen potest recipere 185  
*O115r* a se ipso, cum fiat per modum | dispensationis qua quilibet potest uti ad se et ad alium.

[A17-B17] Per idem patet quod indulgentie non ualent existentibus in purgatorio directe, quamuis ipsi sint in caritate, quia non possunt | facere illud pro quo datur indulgentia, et iterum non sunt de 195  
*M252va* foro ecclesie. Possunt tamen eis indirecte ualere per modum suffragii, quatinus aliquis qui indulgentiam recipit faciendo id pro quo datur indulgentia, ex intentione transfert eam in satisfactionem eius qui est in purgatorio.

[A18-B18] Ad primum argumentum dicendum quod quando 200  
 datur sic indulgentia quod qui dat auxilium ad fabricam ecclesie

etc., intelligitur de auxilio quod est conueniens ei qui auxilium dat  
 et negotio pro quo dat; et ideo, cum pauper dans unum denarium  
 ad fabricam ecclesie det conuenienter secundum condicionem pauper-  
 205 tatis | sue, diues autem dans denarium non det conuenienter secun- *V124va*  
 dum condicionem diuitiarum suarum, patet quod pauper consequitur  
 totam indulgentiam quam | diues non consequitur; et si pauper conse- *L38ra*  
 quatur remissionem omnium peccatorum pro tribus | denariis, non est *O115v*  
 210 debita causa hoc faciendi, quia multo plus \*misericors fuit\* Christus  
 sustinendo \*passionem\* pro nobis, \*uirtute cuius\* fit indulgentia.

[A19-B19] Ad secundum dicendum quod ille qui est uicarius eccle-  
 sie, etiam sacerdotes et clerici seculares et religiosi officiantes eccle-  
 siam, \*tantam indulgentiam\* consequuntur sicut illi qui ueniunt a  
 215 multis dietis, | set non tantum meritum, quia secundum quantitatem *Na102rb*  
 deuotionis et laboris est quantitas meriti essentialis et accidentalis; nec  
 est in hoc aliqua iniustitia, cum indulgentie non dentur ex debito, set  
 ex beneplacito illius qui habet thesaurum ecclesie dispensare suppo-

*M252vb* sita legitima causa; et ideo licet ei quod uult facere sine preiudicio |  
cuiuscumque. 220

[A20-B20] Ad tertium dicendum quod forma indulgentie uidetur  
sonare quod uadens ad ecclesiam aliquam solum habeat indulgentiam  
semel pro uno die, etiam si pluries uadat illo die: dicitur enim com-  
muniter in indulgentiis quod qui uisitauerit talem ecclesiam tali die  
uel aliquo die infra octauam habeat indulgentiam, non dicitur tali 225  
hora uel singulis horis. Vtrum autem indulgentiis datis ad aliquod  
*O116r* magnum | tempus uadens singulis diebus consequatur eam quotiens  
uadit, dicunt ALIQVI quod quando indulgentia data est ad determina-  
tum tempus, puta ad octo dies \*, tunc non percipitur nisi semel; pro-  
rogatur autem tempus hac sola de causa, ut qui non potest uenire uno 230  
die, ueniat alio, et non ut aliquis \*ueniens pluries\*, pluries consequatur  
indulgentiam; quando uero datur ad semper, ut in ecclesia beati  
Petri, tunc ut dicunt, singulis diebus potest homo habere indulgen-

tiam. \*Hec\* autem \*opinio\*, cum non fulciatur aliqua ratione suffi-  
 235 cienti, | qui uult potest | eam tenere, qui non uult potest eam dimit- *A144vb*  
 tere, quia\* utrum \*hoc\* sit uerum \*uel\* non, \*nullus\* potest scire per *K41va*  
 certitudinem, nisi papa hoc determinet.

## &lt;QUESTIO QVARTA

## QVIS POSSIT DARE INDVLGENTIAS&gt;

[A1-B1] Secundo queritur quis possit dare indulgentias. \*Et\* uidetur *E39ra*  
 quod quilibet episcopus \*possit eas dare\* sicut papa, quia ad sponsum *P123rb*  
 5 pertinet \*dispositio\* de rebus sponse; set quilibet episcopus est sponsus  
 ecclesie; unde et in consecratione sua recipit annulum tamquam  
 sponsus; | ergo potest dispensare thesaurum ecclesie; set hoc est facere *O116v*  
 indulgentias; ergo etc.

[A2-B2] Item aut pape conuenit facere indulgentias ratione ordinis  
 10 aut iurisdictionis; non ratione iurisdictionis, quia iurisdictione | pertinet *M253ra*  
 ad forum contentiosum; indulgentie autem magis respiciunt forum

penitentie, cum ordinentur ad relaxationem pene satisfactorie; ergo conuenit ei ratione ordinis; set in ordine parificatur quilibet episcopus pape; ergo potest facere indulgentias sicut papa.

[A3-B3] In contrarium est quia ille solus potest dispensare thesaurum communem ecclesie qui preest toti ecclesie; set hic est solus papa; ergo etc. Pro hoc sunt iura, que dicunt potestatem pape illimitatam quoad indulgentias, potestatem uero episcoporum limitatam. 15

[A4-B4] Responsio. Sicut patet ex precedentibus, indulgentie ualent in quantum merita Christi applicantur per illum qui dat indulgentias alicui ut satisfactoria pro pena sibi debita. Quo supposito est duplex modus dicendi. Vnus est quod duo uidentur pertinere ad illum qui dat indulgentias: unum est potestas | ordinis per quam est iudex in foro penitentie, aliud est cura ecclesie uniuersalis, ratione cuius pertinet ad ipsum custodia et dispensatio thesauri ecclesie. 20  
0117r 25

- [A5-B5] Ratio primi | est quia cum ex merito passionis Christi *V124vb*  
 consequamur remissionem pene et culpe in toto uel in parte, secun-  
 dum quod applicatur nobis uirtus eius in diuersis sacramentis, non  
 uidetur quod aliquis habeat potestatem in communicando passionem  
 30 Christi ad dimissionem pene nisi ille qui habet potestatem in commu-  
 nicando eam ad dimissionem culpe; set solus ille qui habet potesta-  
 tem ordinis potest communicare uirtutem passionis Christi ad dimis-  
 sionem culpe; ergo solus potest eam communicare ad dimissionem  
 pene; hoc autem fit per indulgentias; ergo etc.
- 35 [A6-B6] Ratio secundi est illa que tacta est in arguendo, quia ad  
 illum qui habet curam communitatis pertinet dispensare bona com-  
 munitatis; indulgentie autem sunt de communi thesauro ecclesie; ex hiis  
 patet quod solus papa | iam consecratus uel saltem in sacerdotem ordi- *L38rb*  
 natus | potest ex auctoritate sua indulgentias facere, cum ipse solus *M253rb*  
 40 \*curam habeat\* uniuersalis ecclesie; episcopi autem, cum habeant  
 ordinem parem, | set non curam, quia solum sunt assumpti in partem *O117v*

*Na102va* sollicitudinis, ex se non possunt facere indulgentias nisi | quantum eis  
*B38vb* a papa committitur; | ceteri uero, maxime non sacerdotes, non pos-  
 sunt indulgentias facere, etiam ex commissione, cum requirat ordi-  
 nem, qui ex commissione non potest haberi. Quod ergo cardinales 45  
 non sacerdotes uel electi in episcopos nondum ad sacerdotium pro-  
 moti dicuntur ex commissione pape et iure facere indulgentias, expo-  
 nendum est quod faciunt, idest denuntiant factas per papam, ut sint  
 potius denuntiatores quam datores.

[A7-B7] Alius modus \*dicendi\* est tenens eandem conclusionem, 50  
*Z181ra* nisi quod dicit quod pape conuenit facere indulgentias ratione | solius  
 iurisdictionis et non ratione alicuius ordinis; unde papa electus, ante-  
 quam sit sacerdos, potest dare indulgentias. Et iste modus est conue-  
 nientior.

[A8] Aduertendum tamen est quod licet sic sentiendum  
 sit de indulgentiis, cum unaqueque persona singularis possit  
 merita sua alteri applicare ad satisfaciendum pro eo, et eodem  
 modo uidetur QVIBUSDAM quod ille qui preest alicui congrega-

deest 38

tioni, ut abbas in monasterio, potest bona sue | congregationis  
 60 alteri applicare et | forte idem est de episcopo in sua diocesi  
 et <de> papa in tota ecclesia (quod non assero nisi procedat  
 de uoluntate personarum singularium), si tamen hoc sit pos-  
 sibile, talis applicatio non habet rationem indulgentie proprie  
 loquendo, quia nec in una persona nec in congregatione aliqua  
 65 nec in tota ecclesia est tanta copia meritorum ut sufficiant ad  
 satisfaciendum pro penis debitis omnibus quibus applicari pos-  
 sunt; propter quod numquam est certum quantum ualent sicut  
 de indulgentiis.

[A9-B8] Ad primum argumentum dicendum quod episcopus est  
 70 sponsus ecclesie sibi commisse, non autem uniuersalis ecclesie, set  
 solus papa.

[A10-B9] Ad secundum dicendum quod pape conuenit dare indul-  
 gentias ratione ordinis et cure uniuersalis, quam nullus habet nisi ipse;  
 et ideo nullus episcopus preter ipsum potest ipsas facere ex auctoritate.

*deest B*

*K41vb*

*O118r*



<DISTINCTIO VIGESIMA PRIMA  
QUESTIO PRIMA  
VTRVM POST HANC VITAM ALIQUA PECCATA  
REMITTANTVR QVOAD CVLPAM>

- [1] *Solet etiam queri* etc. Circa distinctionem istam primo queritur 5  
utrum post hanc uitam aliqua peccata remittantur quoad culpam. Et  
*O118v* uidetur quod non, quia facilius est | peccare quam \*a peccato\* resur-  
*M253va* gere; set existentes | in purgatorio de cetero non possunt peccare; ergo  
non possunt a peccato resurgere et fortiori ratione nec illi qui sunt in  
inferno. 10
- E39rb* [2] Item | *GREGORIVS dicit quod talis in iudicio quisque futurus est*  
*P123va* *qualis de corpore exhibit; | si ergo aliquis de hac uita exit cum ueniali, in*  
*iudicio apparebit cum ueniali, et ita non purgabitur.*
- A145ra* [3] Ad idem est quod dicit *Glosa super illud Ioh. 5: Est pecca-*  
*tum ad mortem, quod in hac uita non corrigitur, frustra post hanc uitam* 15  
*uenia postulatur.*

[4] In contrarium est GREGORIVS IV Dyalogorum et AVGVSTI-  
 NVS in littera pertractans illud APOSTOLI \*I ad\* Cor. 3: *Si quis edi-  
 ficat | lignum* etc.

VI25ra

20 [5] Responsio. QVIBVSDAM uisum fuit quod nullum peccatum  
 etiam ueniale remittitur post hanc uitam. QVORVM ratio fuit quia in  
 fine uite aut penitet hominem de peccato ueniali aut non; si penitet,  
 culpa remittitur ei, set pena in purgatorio soluitur; si uero non penitet,  
 peccat mortaliter, ut dicunt, quia, cum culpa uenialis retardet a conse-  
 25 cutione glorie et post mortem | tempus sit perueniendi ad gloriam, qui  
 de culpa ueniali tunc non penitet, uidetur diligere retardationem sue  
 glorie; hoc autem uidetur esse contra caritatem, qua summe debemus  
 uelle frui Deo; ergo tunc peccat mortaliter.

O119r

[6] Set istud non ualet, quia contingit aliquem in caritate  
 30 existentem cum multis uenialibus obdormire et dormiendo mori; in  
 tali autem non penitere de peccato ueniali nullum nouum peccatum

est, cum pro tunc non sit in potestate eius penitere; ergo aut talis dampnabitur aut saluabitur; non dampnabitur, cum sit in caritate, nec saluabitur nisi dimissa culpa | ueniali quam secum portauit; ergo  
*M253vb* necesse est quod culpa uenialis post hanc uitam \*possit remitti\*. Nec 35  
 ratio ALIORVM cogit, quia qui in fine non penitet de peccato ueniali,  
 aut quia de eo non recolit aut si de eo recolat, non oportet quod peccet  
 mortaliter. Et quod probatur, quod talis uidetur uelle dilationem sue  
 glorie, non est uerum, quia etsi dilatio glorie sequatur ad commis-  
 sionem | culpe uenialis, non tamen oportet quod sit uolita uel etiam 40  
*O119v* cogitata. Item nec propter hoc differtur gloria, quia in purgatorio  
 simul cum solutione pene potest culpa dimitti, et ita tantum retardat  
 sola pena, quantum simul culpa et pena. Dicendum est ergo aliter,  
 uidendo primo quid sit peccatum dimitti quoad culpam, et secundo  
 uidebitur que culpa possit dimitti post hanc uitam. 45

- [7] Quantum ad primum sciendum \*est\* quod in peccato saltem | *L38va*  
 mortali sunt | tria, ut patuit supra dist. 16, scilicet deordinatio actus, *Na102vb*  
 in qua consistit macula (sicut in deordinatione membri corporalis  
 consistit turpitude corporis), priuatio gratie, que dicitur offensa, et rea-  
 50 tus pene. Hec autem \* sunt in peccato ueniali preter priuationem | gra- *K42ra*  
 tie. Dicitur ergo peccatum remitti quoad culpam uel maculam quando  
 reordinatur actus uoluntatis per debitam displicentiam; quoad offen-  
 sam quando gratia restituitur; set quoad reatum pene quando pena uel  
 condonatur uel soluitur.
- 55 [8] Dicendum ergo quoad secundum quod culpa mortalis nullo  
 modo potest dimitti post hanc uitam, nec uenialis si sit | cum mor- *O120r*  
 tali; uenialis tamen si sit sine mortali potest post hanc uitam dimitti.  
 Primum patet sic. Voluntas | in malo obstinata non potest in \*suo *M254ra*  
 actu\* reordinari, ita ut uelit bonum et bene; set uoluntas decedentis  
 60 \*in\* peccato mortali est in malo obstinata, tam in hominibus quam in  
 angelis, ut communiter ponunt DOCTORES; ergo non potest reordinari,

ita ut uelit bonum et bene; set aliter non dimittitur peccatum quoad culpam nisi quia uoluntas reordinatur; ergo etc. Et quia ALIQUI dicunt quod uoluntas dampnatorum hominum et angelorum potest uelle bonum moris ex genere et circumstantiis, licet tale uelle non possit esse meritorium propter statum in quo sunt, ut tactum fuit libro II, 65 ideo adducenda est alia ratio talis: ille qui est in suo fine \*uel\* termino non potest facere aliquid quod ordinetur ad consecutionem finis uel termini; set decedentes in mortali statim sunt in suo fine \*uel\* termino, scilicet in inferno, qui est extremus terminus dampnatorum, sicut 70  
*O120v* paradysus extremus terminus beatorum; ergo | non possunt facere aliquid quod ordinetur ad consecutionem finis; set dimissio culpe ad hoc ordinatur; ergo etc.

*E39va* [9] Ratio secundi est | quia ad dimissionem | culpe uenialis suffi-  
*V125rb* cit reordinatio uoluntatis per debitam displicentiam; set hanc possunt 75  
*Z181rb* habere existentes in purgatorio, cum non sint obstinati | in malo, set  
*P123vb* sint in caritate, nec sint totaliter in termino, set citra; ergo in eis potest remitti peccatum ueniale quoad culpam.

[10] Ad primum argumentum dicendum quod facilius est peccare  
 80 quam resurgere a peccato quamdiu liberum arbitrium flexibile est ad  
 utrumque, set quando iam confirmatum est in bono, ut est in illis qui  
 sunt iam in purgatorio, impossibile | est peccare, set facile est pecca- *M254rb*  
 tum detestari, \* in qua detestatione consistit reordinatio uoluntatis et  
 dimissio peccati uenialis quoad culpam.

85 [11] Ad secundum dicendum quod dictum GREGORII intelligen-  
 dum est de qualitate in qua consistit status, que non mutatur nisi  
 mutetur status, et talis est gratia uel culpa mortalis: | qualis enim quis *O121r*  
 exit de corpore, talis in iudicio apparebit secundum has qualitates;  
 non autem \*debet intelligi\* de ea que non mutat statum, ut est culpa  
 90 uenialis.

[12] Per idem patet ad G l o s s a m illam, quia intelligenda est de  
 peccato mortali, sicut et textus quem exponit, qui expresse loquitur de  
 peccato ad mortem, quod non potest esse ueniale.

## &lt;QVESTIO SECVNDA

VTRVM VENIALE ADIVNCTVM MORTALI IN DAMPNATIS  
PVNIATVR PENA ETERNA>

[1] Secundo queritur utrum ueniale adiunctum mortali in dampnatis puniatur pena eterna. Et uidetur quod non, quia pena debita 5  
*A145rb* | multis uenialibus potest equari secundum intensionem pene debite  
 peccato mortali, cum utraque sit finita intensiue; si ergo propter pec-  
 cata uenialia punirentur dampnati pena eterna secundum durationem,  
 sequeretur quod dampnati tantum punirentur pro peccatis uenialibus  
*Na103ra* sicut pro \*mortali\*, | quod est inconueniens, cum peccata uenialia 10  
 quantumcumque multiplicata non equentur peccato mortali.

[2] Item *Deus non est acceptor personarum*, ut habetur Act. 10;  
*L38vb* set | uideretur acceptor personarum si pro eadem culpa unum puniret  
*O121v* plus et alium | minus; cum ergo nunc et in purgatorio non puniatur  
 peccatum ueniale nisi pena temporali, uidetur quod non puniatur in 15  
 dampnatis pena eterna.

[3] In contrarium est quod dicit Iob: *In inferno nulla est redemp-  
 M254va* tio; set si peccatum | ueniale non puniretur pena eterna in dampnatis,  
 in inferno esset aliqua redemptio.

- 20 [4] Responsio. Peccatum ueniale pro quo aliquis punitur in inferno *K42rb*  
 uel fuit dimissum quoad culpam in presenti uita uel non; si non fuit  
 dimissum, tenetur communiter quod punitur in inferno pena eterna  
 quoad durationem, quia pena numquam expiatur manente reatu pene,  
 alioquin sequeretur quod aliquis reus pene non pateretur penam,  
 25 quod esset contra iustitiam; set in dampnatis semper remanet reatus  
 pene debite peccato ueniali quod non fuit expiatum in uita presenti;  
 ergo semper remanet pena. | Maior patet. Minor probatur, quia reatus *B39ra*  
 pene est ex culpa; culpa autem que non est in presenti dimissa non  
 dimittitur in inferno, cum non sint in statu uie, | set sint simpliciter in *O122r*  
 30 termino; semper ergo manet in eis culpa et per consequens reatus pene.  
 Nec istud est contra opinionem \*quandam\* prius positam dist. 16,  
 scilicet quod peccatum ueniale potest dimitti sine mortali, quia illud  
 \*dictum fuit\* pro statu presenti, qui est status uie, in quo potest quis  
 expiare culpam quamlibet et unam sine alia quando connexionem non



habent; hoc autem quod nunc dicitur locum habet in dampnatis, qui 35  
sunt in termino nec possunt expiare quamcumque culpam.

[5] Si uero peccatum ueniale fuit in presenti uita expiatum quoad  
culpam et punitur in inferno quoad penam, potest probabiliter tene-  
ri quod puniatur solum pena temporali intensiue et extensiue, quia  
sufficit soluere penam taxatam; set pena debita peccato ueniali iam 40  
*V125va* dimisso taxata | est quoad Deum, ut sit finita intensione et duratione;  
*M254vb* ergo ea soluta liberabitur qui est | debitor \*pene talis\*.

[6] Ad primum argumentum dicendum quod pena per se debita  
peccato ueniali proportionem habet cum pena debita peccato mor-  
*E39vb* tali quoad intensionem pene, cum | quelibet sit finita et cuiuslibet 45  
finiti ad finitum sit aliqua proportio; et etiam quoad extensionem,  
si utraque sit dimissa, propter eandem rationem habet etiam propor-  
tionem, immo equalitatem quoad extensionem; si neutra culpa sit  
dimissa, quia manente qualibet culpa manet pena sibi debita, et sic est  
in dampnatis, quare ergo dicitur quod peccatum ueniale nullam pro- 50

portionem habet cum mortali nec pena debita uni cum pena debita alteri? Puto quod pro tanto | dicitur, quia pro solo mortali sine uenialibus aliquis dampnaretur ad penam eternam, set pro uenialibus quantumcumque multiplicatis, nisi esset cum eis aliquod mortale, nullus dampnaretur ad penam eternam; non est ergo inconueniens si multa peccata uenialia hic non dimissa puniuntur in dampnatis equaliter sicut unum peccatum mortale. O122v

[7] Ad secundum dicendum quod non est acceptio personarum quando pro diuersis causis et inequalibus puniuntur aliqui inequaliter, set \* iustitia. Si ergo iusti pro peccato ueniali sibi dimisso hic uel in purgatorio puniuntur temporaliter et dampnati pro peccato sibi non dimisso puniuntur eternaliter, nulla est iniustitia; esset autem si dampnati pro peccato ueniali sibi dimisso punirentur eternaliter et iusti hic uel in purgatorio temporaliter. Et ideo dictum fuit quod pro peccato hic dimisso puniuntur dampnati pena finita sicut et alii.

[8] Auctoritas Iob \*in oppositum\* adducta loquitur de pena debita  
*Na103rb* per se peccato mortali, | cui | per se debetur | infernus, non autem  
*M255ra* de pena debita \*culpe\* ueniali, nisi quatinus adiungitur culpe mortali  
*O123r* non dimisse, quod concessum est.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM CONFESSIO GENERALIS ALIQUID VALEAT>

*L39ra* [1] Tertio queritur utrum confessio generalis aliquid ualeat. Vide-  
 tur quod non, quia ad hoc ordinatur confessio, ut per eam peccata  
 confitentis manifestentur sacerdoti, cuius iudicio se supponit; set per 5  
 generalem confessionem non manifestantur peccata confitentis, immo  
*Z181va* | remanent adeo occulta sicut prius, quia in illis que in confessione  
 generali dicuntur non est aliquis qui non peccet; ergo generalis confes-  
 sio nichil ualet.

10 [2] Item si generalis confessio ualeret, hoc esset ad dimissionem *K42va*  
 peccatorum uenialium, quia de singulis mortalibus oportet singula-  
 riter \*conteri et\* confiteri; set non ualet ad dimissionem uenialium;  
 ergo etc. Probatio minoris, quia qua ratione confessio generalis \*ualet\*  
 ad dimissionem unius uenialis, \*similiter\* et alterius; ergo omnium  
 15 uel nullius; non omnium, quia post talem confessionem posset confi-  
 tens dicere se nullum habere peccatum, quod est contra illud I I o h.  
 1: *Si dixerimus quod peccatum non habemus* etc.; ergo non ualet | ad *O123v*  
 dimissionem alicuius.

[3] In contrarium est quia consuetudo generalis ecclesie non est  
 20 inanis; esset autem inanis nisi confessio generalis aliquid ualeret, cum  
 secundum consuetudinem generalem ecclesie fiat in prima et in com-  
 pletorio; sacerdos etiam accedens ad celebrandum facit confessionem  
 generalem ut purior accedat; ergo etc.

[4] Responsio. Dicenda sunt tria: primum est quod confessio gene-  
 25 ralis ualet ad meritum; secundum est quod ualet ad dimissionem pec-

*A145va* catorum uenialium; | tertium | est quod ualet ad dimissionem morta-  
*M255rb* lium obliorum.

[5] Primum patet, quia omnis actus uirtutis caritate informatus est meritorius; set confessio generalis est actus uirtutis, quia humilitatis; supposito ergo quod sit informatus caritate, sequitur quod sit merito- 30  
 rius.

[6] Quantum ad secundum dicendum quod per confessionem generalem aut uenit homo in specialem notitiam aliquorum peccatorum uenialium et displicentiam eorum, sicut frequenter contingit  
*V125vb* quod loquendo | in generali de aliquo loco uel tempore recordamur 35  
 de dictis et factis pro tunc, et in hoc casu constat quod confessio gene-  
*O124r* ralis ualet ad remissionem | talium peccatorum, cum ad hoc sufficiat  
 displicentia uoluntatis, que actualiter habetur de eis, et confessio super-  
 addita aliquid diminuit de pena debita, aut statur solum in generali  
 confessione et contritione, et adhuc uidetur quod tunc dimittantur 40  
 peccata uenialia, quia minus sufficit ad dimissionem peccati uenia-  
*E40ra* lis quam ad | dimissionem peccati mortalis; set contritio specialis et  
*P124rb* confessio sufficiunt ad dimissionem peccati | mortalis; ergo minus suf-  
 ficit ad dimissionem peccati uenialis, quod non esset nisi contritio et  
 confessio generalis sufficeret; quare etc. Hic tamen aduertendum est 45

quod duplex est *confessio generalis*: una *sacramentalis*, quando aliquis confitetur in secreto sacerdoti peccata grauia quorum meminit et alia uenialia in generali; alia est non sacramentalis, que fit coram omnibus in ecclesia in prima et completorio. Prima *confessio ex quatuor habet* uirtutem remittendi peccata uenialia quoad *culpam* | et *penam in toto* *M255va* uel in parte, scilicet ex *contritione confitentis* et *humilitate confessionis* et ex *oratione absoluentis* et ex *ui clauium*; set secunda solum habet uirtutem ex *tribus primis*, set *non ex quarto*, quia | illi confessioni non *O124v* adiungitur absolutio sacerdotis, set solum oratio.

55 [7] Quantum ad tertium sciendum est quod peccatum mortale uel est totaliter oblitum eo quod peccator non recordatur se commisisse aliquid mortale uel est oblitum in particulari, non autem in generali, quia recordatur se commisisse \* mortale, set oblitus est quale fuerit. In primo casu sufficit confessio generalis, quia Deus non requirit ab

homine plus quam sit ei possibile; set ei qui totaliter oblitus est pec- 60  
*Na103va* catum mortale | in generali et in speciali non est possibilis confessio et  
 contritio nisi in generali; ergo illa sufficit. In secundo autem casu non  
 sufficit generalis confessio et contritio, set debet conteri de peccato  
 oblito tamquam de mortali, ex quo recolit illud fuisse mortale quoad  
 genus peccati, et nichilominus dolere de negligentia propter quam 65  
*L39rb* oblitus est peccatum commissum; si tamen ad notitiam illius | qui  
*K42vb* oblitus est peccatum suum mortale | quocumque dictorum modorum  
 ueniat peccatum commissum, confitendum est in speciali, quia cessat  
*O125r* ignorantia que excusabat eum | a speciali confessione peccati.

[8] Ad primum argumentum dicendum quod sola sacramentalis 70  
 confessio fit ut per eam innotescat conscientia confitentis sacerdoti.  
 Et istud debet fieri quotienscumque est possibile quoad peccata mor-  
 talia, set quoad uenialia numquam est necessarium, quia nec ipsa  
 ex necessitate cadunt sub sacramento confessionis. Confessio autem  
*M255vb* generalis | que fit in ecclesia a multis in prima et in completorio non  
 est sacramentalis; unde ei non adiungitur absolutio; ualet tamen ad  
 dimissionem uenialium modis quibus dictum est.

[9] Ad secundum dicendum quod per contritionem et confes-  
 sionem generalem dimittuntur omnia peccata uenialia nisi forte aliqua

80 retineantur in affectu confitentis et tunc non est simpliciter contritio et confessio generalis; nec istud est contra dictum IOHANNIS I \*c a n o - n i c a sua\*, quia non intendit dicere quin sit aliquod momentum quo homo possit esse sine peccato mortali et ueniali, set quod uita ista a nullo sic agitur quin quandoque incidat in aliquod ueniale.

## &lt;QVESTIO QVARTA

VTRVM IN QVOLIBET CASV TENEATVR SACERDOS CELARE PECCATA  
QVE AVDIVIT IN CONFESIONE>

[1] Quarto queritur utrum in quolibet casu teneatur sacerdos celare  
5 peccata que audiuit in confessione. Et uidetur quod non, | quia quili- *0125v*  
bet plus tenetur conscientiam suam seruare illesam quam famam alte-  
rius, quia caritas ordinata est; set sacerdos si semper celaret peccatum  
quod audiuit in confessione, incurreret dampnum proprie conscien-  
tie, sicut cum adducitur in testem pro peccato illo et cogitur iurare  
10 de ueritate dicenda; ergo uidetur quod in hoc casu liceat peccatum  
confessum reuelare.



[2] Item illud quod quis *potest facere per se ipsum, potest etiam facere per alterum; set confitens potest per se ipsum peccatum confessum* *reuelare; ergo idem potest facere | per sacerdotem internuntium.* 15

[3] Item *quod pro caritate institutum est contra caritatem militare non debet, ut dicit beatus BERNARDVS; set celatio confessionis* *introducitur est pro caritate, ut ex hoc homines | magis alliciantur ad confessionem* *faciendam: militaret autem contra caritatem | nisi in aliquo casu reuelari* *posset quod est auditum \*in confessione\*, sicut quando aliquis in confessione* *scit aliquem hereticum quem non potest inducere ad hoc ut desistat* *a corruptione plebis* (bonum enim | plebis ex caritate preferendum est *ut desistat* *bono persone singularis); ergo in hoc casu potest | reuelari confessio.* 20

[4] In contrarium est quod habetur in littera et illud quod dicit INNOCENTIUS EXTRA, 'De penitentiis et remissionibus', cap. *Omnis utriusque sexus: Caueat sacerdos ne uerbo uel signo uel alio quouis modo* *prodat aliquatenus peccatorem.* 25

[5] Responsio. Videnda sunt tria: primum est quo iure teneatur sacerdos ad celandum | confessionem; secundum est an in hoc possit per aliquem dispensari; tertium est an saltem de licentia confitentis  
 30 possit sacerdos dicere quod in confessione audiuit. *P124va*

[6] Quantum ad primum dicendum est quod celatio confessionis est ex iure diuino. Quod patet sic: ex eodem iure procedit institutio confessionis et celatio eius; set institutio confessionis mere est a iure diuino; ergo et celatio. Minor patet ex precedentibus. Set maior probatur, quia in sacramentis illud quod geritur exterius per ministrum significat et figurat illud quod geritur interius per Christum, quia sacramenta efficiunt quod figurant et minister sacramenti gerit uicem Christi; set in sacramento confessionis Christus peccatum illius qui subicitur per confessionem sic tegit ut ex | hoc non possit ei cedere in  
 35 uerecundiam, confusionem uel quamcumque penam; ergo | ex ipsa  
 40 natura sacramenti | minister qui gerit exterius uicem Christi tenetur *A145vb*  
*Na103vb*  
*O126v*  
 celare quod audiuit in confessione, taliter quod confitenti non | pos- *M256rb*

*K43ra* sit cedere in confusionem, uerecundiam uel penam aliquam; | hoc  
autem non posset esse nisi totaliter teneretur secretum quod auditur  
in confessione; ergo etc. 45

*B39rb* [7] Ex hoc patet secundum, scilicet quod nullus | potest dispen-  
sare quod reuelentur ea que audita sunt in confessione, quia eccle-  
sia non potest mutare ea que pertinent ad ueritatem articulorum uel

*L39va* sacramentorum, cum prelati ecclesie non | sint domini, set ministri,  
nec fundatores, set executores, ut prius dictum fuit; set ad celationem 50  
confessionis tenetur minister ex natura sacramenti, ut statim dictum  
est; ergo in hoc non potest per aliquem dispensari.

[8] Quantum ad tertium, scilicet an de licentia confitentis possit  
sacerdos dicere illud quod audiuit in confessione, dicitur communiter  
quod non, quia si non ualet licentia pape nec licentia totius ecclesie, 55  
multo minus licentia priuate persone, maxime cum celatio confes-  
sionis sit de iure diuino. Verumptamen confitens potest facere quod  
illud quod sacerdos scit per confessionem sciat per alium modum, et  
*O127r* sic posset reuelare absque reuelatione confessionis | exprimendo alium  
modum per quem scit. Ad hoc autem quod sacerdos sciat per alium 60

modum, sufficit, ut dicunt, quod confitens licentiet eum ad dicendum quod in confessione audiuit.

[9] Primum istorum licet sit uerum, secundum tamen non uidetur bene dictum nec stare cum primo, quia si licentia confitentis non sufficit ad dicendum illud quod auditum est in confessione nisi habeatur  
 65 noua notitia, tunc non sufficiunt uerba per que non habetur de peccato noua notitia, set solum de precedente notitia datur licentia; | set *M256va*  
 per hec uerba: “Licentio te ad dicendum illud quod \*audisti\* a me in confessione” non datur aliqua noua notitia, alioquin omnis audiens  
 70 hec uerba acciperet de peccato dicto in confessione notitiam, set solum datur licentia, quia nec plus uerba sonant; ergo per illam nunquam est licitum dicere sacerdoti quod audiuit in confessione.

[10] Item si talis licentia sufficeret, esset uia ad reuelationem confessionis et suspicionem criminum, quia iudex habens aliquem suspectum de aliquo crimine poterit ei dicere: “Da sacerdoti | licentiam *E40va*  
 75 dicendi quod a te audiuit”. Si dat licentiam et data ualeat, habebit testem contra se; | si non dat et dare possit, ut ponit hec opinio, merito *O127v*

*V126rb* habebitur amplius suspectus. | Et ita non erit usquequaque secretum  
 quod dictum erat in confessione, cum oporteat uel talem licentiam  
 dare ad reuelationem confessionis uel incurrere notam grauis suspicio- 80  
 nis. Melius est igitur ut dicatur quod talis licentia non ualet, nec uerba  
 predicta que sonant in talem licentiam sufficiunt, set oportet quod  
 penitens dicat sacerdoti extra confessionem in generali uel in speciali  
 peccatum quod uult alteri reuelari.

[11] Ad argumenta. Ad primum dicendum quod sciens aliquid 85  
 per confessionem, si inducitur in testem et cogitur iurare de ueritate  
 dicenda, potest sine scrupulo conscientie dicere se nescire, quia cum  
 loquatur ut subditus, quia coactus, non tenetur respondere nisi de hiis  
 que scit ut subditus. Et quia sacerdos audiens confessionem nulli est  
 subditus nisi Christo, cuius uicem gerit, ut subditus autem cuicumque 90  
*M256vb* \*alii\* | nichil scit de pertinentibus ad confessionem; ideo potest secure  
 dicere se nescire. Si autem non cogitur, set sponte testificatur uel in  
*O128r* communi locutione dicit se nichil scire, | mentitur, quia licet nesciat  
*P124vb* | ut subditus homini, propter quod excusatur cum cogitur, scit tamen

95 et ideo negans absolute se scire mentitur. Quod patet, quia si diceret: “Scio”, uerum diceret; ergo si \*dicit\*: “Nescio”, falsum dicit: impossibile est enim quod utraque pars contradictionis sit uera relata ad idem.

[12] Ad | secundum dicendum quod sicut confitens potest per *N104ra*  
 se ipsum reuelare peccatum quod dixit in confessione, ita potest per  
 100 sacerdotem si dicat ei extra confessionem; set non dando | solam licen- *K43rb*  
 tiam, cum hoc sit in preiudicium sacramenti.

[13] Ad tertium dicunt QUIDAM quod sacerdos non tenetur celare  
 nisi peccata de quibus penitens emendationem promittit, quia nec  
 Deus, cuius sacerdos est minister, alia celat. Set istud non ualet, quia  
 105 fictio suscipientis sacramentum, licet impediatur ipsum a fructu sacra-  
 menti, tamen non euacuat sacramentum quin sit uerum. Et ideo, cum  
 sacerdos obligetur ad celandum confessionem ex natura sacramenti,  
 patet quod ad hoc obligatur, quantumcumque suscipiens sit impeni-  
 tens | uel fictus, quia et apud Deum peccatum sic confessum | tegitur *L39vb*  
 110 saltem quoad hoc quod ex tali confessione numquam punietur uel *O128v*  
 uerecundabitur.

[14] ALII dicunt quod omne peccatum auditum in confessione, si  
*Z182ra* sit contra mores, | celandum est, si autem sit contra fidem, ut pec-  
 catum heresis, et cedat in aliorum corruptionem, non est celandum.  
*M257ra* Vnde uersus: *Est heresis crimen quod nec confessio | celat.* Set istud non 115  
 est uerum, quia quod crimen heresis non debeat celari sicut alia pec-  
 cata, non potest esse propter eius grauitatem, quia quedam alia inue-  
 niuntur eque grauia, ut blasphemia, et iterum eque graue peccatum  
 est infidelitas, siue promittatur de ea correctio siue non, et tamen si  
 promitteretur correctio, deberet celari; nec quia infectiuum aliorum, 120  
 quia multa alia peccata sunt infectiua, sicut sollicitatio mulierum.

Cum ergo hec celentur, et illud debet celari, nec istud est contra caritatem, quia caritas non requirit quod apponatur remedium contra peccatum modo indebito, quod fieret si reuelaretur confessio. Potest  
125 tamen sacerdos sine reuelatione | confessionis dicere prelato quod dili- *A146ra*  
genter inuigilet super gregem suum ne forte lupus sit inter oues.



<DISTINCTIO VIGESIMA SECVNDA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM PECCATA DIMISSA PER PENITENTIAM REDEANT  
PER SEQVENTEM CVLPAM>

*Na104ra* [1] *Cumque multis auctoritatibus supra sit assertum* etc. Circa distinc- 5  
tionem istam primo queritur utrum peccata dimissa per penitentiam  
redeant per sequentem culpam. Et uidetur quod sic, quia maior est  
culpa que committitur in Deum quam que committitur in hominem;  
set seruus manumissus per culpam quam committit in dominum  
*E40vb* suum merito reducit in seruitutem pristinam; ergo multo | fortius 10  
*V126va* peccator a seruitute peccati liberatus per culpam | in quam recidiuat,  
per quam peccat in Deum merito reducit in seruitutem pristinam  
peccatorum; et sic peccata dimissa redeunt.

[2] Item sicut per penitentiam dimittuntur peccata, ita per pecca- 15  
tum mortale mortificantur precedentia merita; set penitentia que tol-  
*M257rb* lit peccatum uiuificat merita mortificata | per ipsum; ergo peccatum  
quod mortificat precedentem penitentiam uiuificat peccata dimissa  
per eam.

[3] Item peccator contritus de peccatis et confessus qui cadit in  
 20 peccatum mortale et in eo moritur antequam fecerit de peccatis preter-  
 itis penitentiam, constat quod pro eis punietur in inferno; punietur  
 autem pena eterna, cum *in inferno nulla sit redemptio*; ergo tantum  
 punietur acsi numquam penituisset; | igitur per sequentem culpam *O129v*  
 redeunt peccata, saltem quoad penam eis debitam.

25 [4] In contrarium arguitur quia *eodem peccato et equali unus non*  
 meretur maiorem penam quam alius; *set contingit innocentem et peni-*  
*tentem peccare eodem peccato et equali; ergo penitens non fit deterior per*  
*tale peccatum quam innocens; fieret autem si peccata dimissa redirent;*  
*ergo non redeunt.*

30 [5] Ad idem est quod dicit AVGVSTINVS libro De responsioni-  
 bus Prosperii: *Qui recedit a Christo | et alienatur a gratia uiuit, si* *P125ra*  
 quidem secundum hanc uitam, *quid nisi in perditionem uadit? Set non*  
*in id quod dimissum est redit.*

[6] Responsio. Peccata redire potest intelligi dupliciter: secundum  
 35 se uel secundum penam eis debitam. Secundum se redire non possunt

*Na104rb* etiam si dimissa non essent. | Cuius ratio est quia si redirent aut Deo  
*K43va* | actore aut homine; non homine, quia per hominem non potest fieri  
 quod idem numero reparatur, licet simile secundum speciem possit  
 iterum fieri; set actus precedentium peccatorum transierunt; ergo non  
*O130r* possunt idem numero per hominem reparari. | Nec per Deum repa- 40  
*M257va* rantur in homine recidiuante, quia tunc homo se haberet ad ea | pas-  
 siue, Deus autem actiue, et sic essent peccata Dei, non hominis, quia  
 peccatum uel culpa est malum quod facimus, pena uero est malum  
 quod patimur. Restat ergo quod peccata secundum se redire non pos-  
 sunt, quod si aliquo modo redeant, hoc fit quoad penam eis debitam. 45  
 [7] Et hoc dixerunt ALIQVI quod per sequentem culpam peccator  
 efficitur debitor totius pene peccatis \*prius\* dimissis debite: dicebant  
*L40ra* enim quod Deus penam eternam debitam peccatis | mortalibus non  
 dimittit nisi sub condicione, hac scilicet, \*ut\* non recidiuet in culpam.  
 Set istud non ualet, quia si causa sufficiens ponitur absolute, et effec- 50

tus eius ponitur absolute; set gratia sacramentalis et uir passionis Christi nobis communicate in sacramentis \*sufficiens causa\* sunt remissionis peccatorum quoad culpam uel penam in toto uel in parte secundum dispositionem recipientium; ergo cum exhibeantur absolute et absque aliqua condicione respiciente futurum, ut patet ex formis | sacramentorum que numquam sunt condionate, sequitur quod *O130v* per ea fiat absoluta remissio peccatorum, quod concedendum est.

[8] Dicendum est ergo aliter quod duplex est pena peccato debita: una que dicitur pena dampni, que consistit in sola carentia glorie et

gratie, alia est pena sensus, que includit dolorem mentalem de amis- 60  
 sione uisionis diuine, que uocatur uermis conscientie, et penam ignis  
 gehenne. Loquendo de prima pena, dicendum quod per sequentem  
*M257vb* culpam redeunt omnia peccata prius | dimissa quoad penam dampni  
 eis debitam, quia per eam eque priuatur homo gratia et gloria sicut  
 per omnia precedentia peccata: omnia enim peccata mortalia in hoc 65  
 habent connexionem quod auertunt a Deo, et per consequens priuant  
 gratiam; propter quod equalis est effectus unius sicut omnium quan-  
 tum ad articulum istum. Et sic loquitur beatus IACOBVS in c a n o n i c a  
 sua 2 cap. dicens quod *qui offenderit in uno factus est omnium reus.*  
*V126vb* Loquendo autem de pena | sensus, quoad eam non redeunt | peccata 70  
*B39va* dimissa prius | nisi secundum quid, quia homo non est debitor tante  
*E41ra* pene | ut prius, est tamen debitor aliquantulum maioris pene quam  
*O131r* si peccata precedentia non fuissent dimissa propter ingratitudinem

que est in peccato sequenti. Cuius ratio est quia secundum quanti-  
 75 tatem culpe taxatur apud Deum quantitas pene; set culpa in quam  
 aliquis recidiuat non semper est eque grauis ut fuerunt | omnia pec- *Z182rb*  
 cata \*prius dimissa\*; est tamen aliquantulum grauior propter circum-  
 stantiam ingratiitudinis quam esset secundum se; ergo ei non debetur  
 tanta pena quanta debebatur omnibus precedentibus peccatis ante-  
 80 quam essent dimissa, debetur tamen sibi maior pena ratione ingra-  
 titudinis quam fuisset ei alias debita. Maior patet. Minor declaratur,  
 quia quantitas culpe in quam aliquis recidiuat non potest pensari nisi  
 ex | sua specie uel ex circumstantia aggrauante; ex sua autem specie *A146rb*  
 non semper habet tantam grauitatem ut peccata prius dimissa, cum  
 85 contingat aliquem recidiuare per simplex | furtum qui forte prius *M258ra*  
 commisit adulterium uel homicidium, que sunt ex sua specie furto  
 grauiora. Nec ex circumstantia aggrauante, quia cum talis | grauitas *O131v*  
 non trahat peccatum extra suam speciem, non attingit ad grauitatem  
 altioris speciei; cum ergo ingratiitudo sit circumstantia culpe in quam  
 90 aliquis post penitentiam recidiuat, ratione ipsius debetur maior pena  
 illi culpe quam fuisset debita secundum se, et quoad hoc dicuntur pre-  
 cedentia delicta redire, set non debetur ei tanta pena sicut debebatur  
 omnibus precedentibus peccatis, | et ideo non dicuntur redire simpli- *K43vb*  
 citer quoad talem penam. Quod autem consueuit dici, quod tanta est  
 95 ingratiitudo quantum fuit beneficium dimissionis, et beneficium tan-  
 tum quanta fuit quantitas peccatorum dimissorum, ergo a primo ad

*Na104va* ultimum | tanta est ingratitude quanta fuerunt peccata prius dimissa,  
 non ualet, quia ingratitude non est tanta quantum est beneficium de  
 quo aliquis est ingratus, ut fiat comparatio unius ad alterum, set com-  
 parando ingritudinem unam alteri et beneficium unum alteri, ut 100  
 sicut se habet beneficium ad beneficium, ita ingratitude ad ingrati-  
 tudinem: illa enim ingratitude est maior que est respectu maioris bene-  
 ficii et minor que est respectu minoris. Et hoc est quod ALIQVI dicunt,  
 quod illa proportio est intelligenda non secundum equalitatem quan-  
 titatis inter ingritudinem et beneficium, set secundum equalitatem 105  
*O132r* proportionis, quia sicut se habet beneficium | ad beneficium, ita ingra-  
 titudo ad ingritudinem.  
*L40rb* [9] Ad primum argumentum dicendum quod seruus manumissus  
*M258rb* propter ingritudinem retruditur in seruitutem, non tamen ex causa  
 precedente, set ex noua, nec in eandem cum priore, set in similem. 110  
 Et eodem modo per culpam sequentem penitentiam reducit homo  
 in seruitutem peccati, non tamen ut sit seruus \*peccati precedentis,  
 set\* sequentis; nec est eadem seruitus numero cum precedente, set alia  
 huic similis, non oportet tamen quod tanta nec quoad culpam nec  
 quoad penam sensus. 115

[10] Ad secundum dicendum quod non est simile de bonis mortificatis per peccatum quod reuiuiscant per penitentiam et de peccatis dimissis per penitentiam quod redeant per sequentem culpam nisi loquendo de reditu actuum bonorum uel malorum secundum se: sic enim nec bona mortificata reuiuiscunt nec peccata dimissa redeunt, quia actus qui transit tam bonus quam malus non redit idem numero. Set quoad premium debitum meritis et quoad penam | debitam peccatis est dissimilitudo, quia merita non mortificantur per peccatum, nisi quia prestatur impedimentum quo durante non consequitur premium, et ideo eo amoto habent ualorem | suum; set pena debita peccatis non solum impeditur per ueram penitentiam, set uere remittitur, et ideo per sequentem culpam non reuocatur, | cum sit simpliciter dimissa et non solum impedita.

[11] Ad tertium dicendum quod recidiuans in aliquam culpam si in ea moriatur non punietur in inferno | pro peccatis prius dimissis pena eterna, set temporali; nec propter hoc sequitur quod in inferno sit proprie redemptio, quia ad penam inferni non pertinet per se nisi pena debita peccato mortali non dimisso, et hec totaliter non soluitur nec redimitur. Pena uero que debetur peccato mortali iam dimisso, cum sit temporalis ex taxatione diuina, non pertinet per se ad penam inferni, set per accidens, in quantum debitor eius pro alio peccato



0133r punitur in inferno, et hec ibi totaliter | soluitur; *nec est inconueniens quod quantum ad aliquid accidentale pena inferni minuatur usque ad diem iudicii.* ALII tamen dicunt quod illa pena *ratione fori in quo punitur* erit *eterna*, quamuis hic fuisset temporalis si peccato dimisso pena 140 expleta fuisset, *sicut est de peccatis uenialibus que in inferno puniuntur pena eterna et in purgatorio pena temporali.* Set hoc non est simile, *quia ueniale ideo in inferno eternaliter punitur, quia semper manet culpa, cum ibi deleri non possit,* et per consequens debet manere pena ne culpa remaneat *\*impunita\**. Nos autem loquimur de pena debita 145 culpe prius dimisse, que eo ipso quod soluitur expiatur.

<QUESTIO SECVNDA

DE FORMA SACRAMENTI PENITENTIE, VTRVM HEC SIT CONVENIENS:

“EGO TE ABSOLVO”>

[1] Secundo queritur de forma sacramenti penitentie, utrum hec sit conueniens: “Ego te absoluo”. \*Et\* uidetur quod non, quia hec forma 5 est indicatiua; set forma sacramenti penitentie debet esse optatiua, ut

probabitur; ergo etc. | Probatio minoris: *LEO papa dicit quod indulgentia Dei nisi precibus | sacerdotis \*nequit obtineri\**; *loquitur autem de indulgentia que impetratur penitentibus*; | set illa fit instrumentaliter  
 10 uirtute uerborum absolutionis; ergo illa uerba debent esse supplicatiua.

[2] Item uerba sacerdotis in hoc sacramento | non sunt minoris  
 efficacie quam in aliis sacramentis; set in aliis sacramentis non suffi-  
 ciunt uerba ministri, nisi exerceat aliquem actum circa penitentem,  
 15 sicut in baptismo cum hoc quod dicit baptizans: “Ego baptizo te” etc.,  
 | requiritur corporalis ablutio; ergo similiter cum hoc quod dicit sacer-  
 dos: “Ego absoluo te”, requiritur quod exerceat aliquem actum circa  
 penitentem uel imponendo manus ad recipiendum Spiritum Sanctum  
 ad remissionem peccatorum uel aliquid aliud faciendo; non ergo in  
 20 illis uerbis precise consistit forma sacramenti.

[3] In contrarium est quia *sicut Dominus dixit discipulis Matth.*  
 ultimo: *Docete omnes gentes etc., ita dixit Petro Matth. 16: Quod-*  
*cumque | solueris etc.; | set sacerdos auctoritate illorum uerborum Christi*

- L40va* *fretus* | *dicit*: “*Ego baptizo te*”, nec oportet quod imponat manus; *ergo*  
*O134r* simili *auctoritate debet dicere in sacramento* penitentiae: “*Ego absoluo te*”. 25
- Z182va* [4] Responso. Videnda sunt duo. Primum est an illa uerba: “Absoluo te” sint de forma sacramenti; secundum est an precise consistat in eis uel oporteat aliquid plus addere.
- [5] Quantum ad primum dicendum est quod premissa uerba sunt de forma sacramenti. Cuius ratio est quia illa uerba per se pertinent ad 30 formam sacramenti que directe significant eius effectum; set premissa uerba directe significant effectum sacramenti penitentiae; ergo etc.
- M259ra* Maior patet, quia sicut in naturalibus efficientia | attribuitur forme, sic et in sacramentis; si autem efficientia, et significantia, cum sacramenta significant quod efficiunt; et ideo forma uerborum principaliter 35 significat effectum sacramenti quem efficit. Minor manifesta est: cum enim effectus sacramenti penitentiae sit remissio peccatorum, directe significatur per hec uerba: “Absoluo te a peccatis tuis” etc.
- E41va* [6] Quantum ad secundum potest dici probabiliter quod predictis |  
*O134v* uerbis oportet aliquid addere antecedenter uel consequenter quod per- 40

tineat ad inuocationem diuini nominis. Cuius ratio est quia in omni sacramento in cuius forma exprimitur actus | ministri, debet fieri aliqua expressio principalis agentis; set in forma absolutionis exprimitur V127rb

- 45 Maior patet ratione et inductione. Ratione, quia actus non attribuitur instrumento, set principali agenti, et potissime in sacramentis, in quibus secundum unam opinionem nec minister nec forma uel materia sunt causa effectus nisi per accidens et sicut causa sine qua non. Idem patet inducendo in baptismo, confirmatione, ordine, extrema
- 50 unctione, in quibus cum \*exprimitur\* actus ministri, additur inuocatio nominis Christi uel Trinitatis. Minor \*de se\* patet. Videtur ergo quod predictis uerbis uel premitendum sit: “Absoluo te auctoritate Dei” uel “Christi”, uel quod \*in fine\* addatur: “In nomine Patris” etc. uel “Christi” uel aliquid huiusmodi sicut in ceteris sacramentis, sicut dicit
- 55 DYONISIUS 3 cap. Ecclesistice ierarchie. *Quia tamen non est*

*O135r determinatum* | qualis debeat esse illa *appositio*, ideo *relinquitur arbitrio sacerdotis*.

[7] Ad primum argumentum dicendum \*est\* quod uerbum LEONIS  
*M259rb* pape est intelligendum | non de forma absolutionis, que est indicatiua, 60  
 set de uerbis deprecatiuis que sacerdos premitit, ne propter aliquam  
 indispositionem penitentis effectus sacramenti impediatur; illa enim  
 sunt supplicatoria, ut cum premititur: “Misereatur tui” etc.

[8] Ad secundum dicendum quod ad hoc sacramentum non est  
 necessaria \*impositio manuum\*: talis enim fit solum in illis sacramentis  
 per que suscipiens deputatur ad aliquem sollempnem actum, eo quod 65  
 manus est potissimum organum operationis; illa autem sacramenta  
 sunt tantum duo, scilicet confirmatio, per quam aliquis efficitur quasi  
 miles fidei, audacter \*confitendo\* fidem coram persecutore, et ordo,  
*K44rb* maxime dyaconatus et supra, per quos ordines | homo efficitur quasi  
 dux et rector populi Christiani. Et ideo in hiis duobus sacramentis fit 70  
*O135v* impositio manuum. Per susceptionem autem baptismi, | penitentie,

eucharistie seu extreme unctionis non acquiritur aliquis gradus super  
communem populum, et ideo ad hoc sacramentum non requiritur  
impositio manuum. Verumptamen in duobus eorum, scilicet baptis-  
75 mo | et extrema unctione, preter uerba sacramentalia requiritur ali- *Na105ra*  
quis actus ministri ratione materie extrinsecus adiuncte, quam oportet  
applicari suscipienti per actum ministri. Set quia in sacramento  
penitentie nulla est talis materia, set sola uerba penitentis, ideo non  
requiritur aliquis talis actus; nec similiter in sacramento eucharistie,  
80 quia non consistit in applicatione materie ad susipientem, | set in sola *B39vb*  
consecratione materie per uerba prolata super materiam.



<DISTINCTIO VIGESIMA TERTIA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM EXTREMA VNCTIO SIT SACRAMENTVM>

[1] *Preter premissa est et aliud sacramentum.* Circa distinctionem istam M259va  
5 primo queritur utrum extrema unctio sit sacramentum. Et uidetur  
quod non, quia principalis effectus sacramenti debet esse spiritualis,  
cum sacramentum sit spirituale remedium; set principalis effectus  
extreme unctionis non est spiritualis, set corporalis; ergo etc. Pro-  
batio minoris, quia beatus IACOBVS loquens de extrema unctione in  
10 c a n o n i c a sua 5 cap. premittit effectum curationis corporalis dicens:  
*Alleuiabit eum Dominus.*

[2] Item quod non est unum sacramentum, non est sacramen-  
tum, sicut qui non est unus homo, non est homo; set extrema unctio  
non est unum sacramentum, ergo etc. Probatio minoris, quia unitas  
15 sacramenti uidetur requirere unitatem ministri cum unitate materie et  
forme; set in extrema | unctione non est una forma numero, set pluries A146vb  
replicatur, nec una materia, set plures; potest etiam exhiberi | a pluri- E41vb



bus ministris, sicut si primus post primam uel secundam inunctionem  
*O136v* factam moreretur, | tunc enim alius sacerdos \*debet\* ulterius proce- 20  
 dere; ergo extrema unctio non est unum sacramentum.

[3] *Set contra. Sacramenta ecclesie conuenienter subueniunt de defecti-*  
*bus hominum secundum quemlibet statum; set exeuntibus de hoc mundo*  
*V127va* | *non subuenit aliud quam extrema unctio; ergo ipsa est sacramentum.*

[4] Item sicut se habet immersio ad baptismum, ita se habet unctio  
 ad hoc sacramentum; set plures immersiones concurrunt ad unum 25  
 baptismum; ergo plures unctiones possunt concurrere ad hoc sacra-  
 mentum.

*M259vb* [5] Responsio. Videnda sunt duo: primum est | an extrema unctio  
 sit sacramentum; secundum \*est\* quis sit eius effectus, quia istud est in  
*Z182vb* hac questione | potissime dubium. 30

[6] Quantum ad primum patet quod extrema unctio est sacramen-  
 tum, quia omne remedium ordinatum in subsidium uite spiritualis sub  
 \*sensibilibus rebus\* appositum est sacramentum; set extrema unctio est  
 huiusmodi; ergo etc. Maior patet ex hiis que dicta sunt dist. 1. Minor  
 patet per beatum IACOBVM in cano n i c a sua 5 cap., ubi loquens 35  
 de extrema unctione dicit quod *si infirmus in peccatis sit, dimittentur ei.*

[7] Quantum ad secundum, scilicet quis sit effectus eius, oportet *O137r*  
dicere quod dimissio culpe, non solum propter auctoritatem iam alle-  
gatam, set propter rationem, que talis est: sacramenta illud efficiunt  
40 quod significant; set per formam huius sacramenti directe significatur  
dimissio peccati; est enim talis forma: “Per istam unctionem et piissi-  
mam misericordiam suam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti  
per uisum”, et sic de ceteris; ergo per hoc sacramentum fit dimissio  
peccatorum. Set quia | peccatum potest dimitti quoad culpam uel *P126va*  
45 quoad penam ei debitam seu quamlibet aliam sequelam, ideo adhuc  
est dubium secundum quod istorum dicatur dimitti peccatum. Si  
enim dicatur dimitti quoad culpam, cum duplex sit culpa, mortalis  
scilicet et uenialis, impossibile est quod per hoc sacramentum dimit-  
tatur culpa mortalis, quia *sicut baptismus est spiritualis regeneratio et*  
50 *penitentia spiritualis suscitatio, sic extrema unctio est spiritualis sanatio*  
*uel medicatio*; unde \*et\* exhibetur per modum medicationis; in pluribus  
enim infirmitatibus | utuntur medici unctione; set sanatio non est nisi *M260ra*  
habentis uitam; ergo extrema | unctio, cum sit spiritualis sanatio, sup- *O137v*

*K44va* ponit spiritualem uitam; | set in eo in quo est peccatum mortale non  
 est uita spiritualis; ergo extrema unctio non ordinatur ad dimissionem 55  
 peccati mortalis quoad culpam; si ergo ordinatur ad dimissionem ali-  
*Na105rb* cuius peccati quoad culpam, oportet quod illud | sit ueniale, quod est  
 quedam infirmitas in uita spirituali.

[8] Set nec istud uidetur QVIBVSDAM, quia contra unum deffec-  
 tum sufficit unum remedium; set sacramentum penitentiae sufficienter 60  
*L41ra* delet omne peccatum | ueniale quoad culpam; ergo ad hoc non ordi-  
 natur aliquod aliud sacramentum.

[9] Ad hoc tamen posset dici quod uerum est quando illud unum  
 remedium est sufficiens quantum ad omnem statum; penitentia  
 autem, etsi sit sufficiens remedium pro sanis corpore qui possunt libe- 65  
 rius conteri et penitere, infirmi tamen, precipue in statu in quo time-  
 tur de morte propter grauitatem infirmitatis et debilitatem nature,  
 non ita libere cogitare possunt de peccatis suis, nec conteri aut confi-  
 teri de eis; et ideo pro statu illo non uidetur quod penitentia sit conue-  
*O138r* niens remedium contra uenialia peccata; | propter quod non est in- 70  
 conueniens si pro statu illo aliud remedium ad ea tollenda ordinetur.  
*E42ra* | Set quia nullum peccatum dimittitur quoad culpam nisi uoluntas

que fuit deordinata per eam reordinetur per debitam displicentiam, adhuc est dubium quomodo per extremam unctionem dimittatur  
 75 ueniale peccatum, cum non appareat quid ipsa operetur ad talem | *M260rb*  
 displicentiam. Potest tamen dici quod hoc modo operatur extrema  
 unctio ad dimissionem peccati uenialis, quia per eam datur digne  
 suscipienti quedam spiritualis hylaritas mentis contra \*depressionem\*  
 80 quam infirmus tunc patitur, tum ex debilitate corporis, tum ex memo-  
 ria precedentium peccatorum, propter que posset facilius | in despera- *V127vb*  
 tionem cadere; quam hylaritatem mentis forte uocat beatus IACOBVS  
 'alleuiationem' cum dicit: *Et alleuiabit eum Dominus*. Ad hanc autem  
 sequitur conuersio mentis in Deum et generalis displicentia omnium  
 delictorum, que sufficit ad deletionem peccatorum uenialium. Et ideo  
 85 postquam beatus IACOBVS dixit: *Et alleuiabit eum Dominus*, subiunxit:  
 | *Et si in peccatis sit, dimittentur ei.* *O138v*

[10A] QVIBUSDAM tamen uide-  
 detur quod non ordinatur ad  
 dimissionem peccatorum uenia-  
 90 lium nec quoad culpam nec  
 quoad penam, set quoad

[10B] Et hoc est quod uide-  
 tur hic dicere frater Thomas  
 quod extrema unctio ordinatur  
 ad tollendum

reliquias culpe remanentes, que secundum \*EOS\* non sunt *dispositiones ex actibus peccatorum relictæ*, uelut *quidam habitus inchoati*, set sunt *quædam spiritualis debilitas in mente existens* ad perficiendos actus gratie.

Quod autem sit talis debilitas, ex quo non est dispositio ex actibus relicta, non bene uideo, nisi sit ipsamet infirmitas nature, per quam sine gratia non possumus in actus gratie; set ista infirmitas non est in eo qui digne recipit extremam unctionem, que sup-

Hec autem debilitas quid sit, nisi illa grauedo mentis quam infirmus patitur in illo statu ex causis supradictis, non uideo.

100

*A147ra* ponit | uitam spiritualem que est per gratiam, ut dictum est.

[11] Ad primum argumentum dicendum quod principalis effectus extreme unctionis non est sanitas corporis, set ultimus et accidentalis, qui non sequitur nisi expediat sanitati mentis. Nec obstat quod primo nominatur, quia non semper principalius intenduntur que dicuntur prius. Forte etiam beatus IACOBVS non intendit loqui de sanitate

*M260va* corporis quando dicit: *Et oratio fidei sanabit | infirmum*, set de salute mentis subiungens modum predictum: *Et alleuiabit eum Dominus*, etc.

110

- [12] Ad secundum dicendum quod sacramentum non est unum  
 indiuisibilitate, | ut punctus, nec continuitate, ut linea, nec supposito, *O139r*  
 ut composita substantialia uel accidentalia, set perfectione ex concursu  
 115 omnium que faciunt ad consequendum effectum uel finem ad quem  
 ordinatur, sicut est de domo. Et quia ad effectum uel ad finem extreme  
 unctionis debite consequendum faciunt | plures unctiones cum pluri- *Z183ra*  
 bus replicationibus uerborum, ut postea dicitur, | ideo ex concursu *K44vb*  
 omnium illorum efficitur unum sacramentum unitate perfectionis.  
 120 De ministro autem aduertendum est quod si sacerdos, postquam fece-  
 rit unam uel duas unctiones, moriatur, alius *non debet a capite inci-*  
*pere, quia unctio in eadem | parte iterata tantum ualet ac si bis consecra-* *P126vb*  
*retur eadem hostia, quod nullo modo est faciendum, set debet procedere*  
 ad ceteras unctiones faciendas. *Nec tamen pluralitas ministrorum tollit*  
 125 *unitatem sacramenti,* cum non operentur nisi *instrumentaliter;* mutatio  
 autem instrumentorum quibus fabricatur domus | non tollit unitatem *Na105va*  
 eius.

## &lt;QVESTIO SECVNDA

VTRVM OLEVVM CONSECRATVM PER EPISCOPVM SIT CONVENIENS  
MATERIA HVIVS SACRAMENTI>

*O139v* [1] Secundo queritur utrum oleum consecratum per episcopum sit conueniens materia huius sacramenti. Videtur quod non, quia istud 5 sacramentum immediate ordinat hominem ad gloriam incorruptionis; set incorruptio magis representatur per balsamum, qui cum oleo in crismate ponitur, quam per simplex oleum; ergo crisma esset conuenientior materia.

*L41rb* [2] Item dignius sacramentum | est baptismus quam sit extrema 10 unctio; set ad baptismum non requiritur materia consecrata; ergo nec *M260vb* ad hoc sacramentum requiritur | oleum consecratum.

[3] Item superior non preparat materiam inferiori, set econuerso, *E42rb* ut patet in artibus; dignior enim est nauigatiua | quam nauifactiua, que preparat materiam; set episcopus est dignior simplici sacerdote; 15 ergo non preparat materiam qua simplex sacerdos utitur in extrema unctio; ergo non requiritur ad eam oleum consecratum per episcopum.

[4] In contrarium est quod dicitur I a c. 5: *Vngentes eum oleo* etc.  
 20 Et hoc oleum debet esse per episcopum benedictum, sicut in omnibus  
 aliis benedictionibus materia per episcopum consecratur.

[5] Responsio. Dicenda sunt | tria: primum est quod oleum est *B40ra*  
 conueniens materia huius sacramenti; secundum est quod illud debet  
 esse consecratum; tertium est quod illa consecratio debet fieri per  
 25 episcopum.

[6] Ratio primi est quia | illud est conueniens materia huius sacra- *O140r*  
 menti quod habet maximam conuenientiam cum eius effectu; set tale  
 est oleum respectu effectus extreme | unctionis; ergo etc. Probatio *V128ra*  
 minoris, quia effectus istius sacramenti est spiritualis hylaritas mentis,  
 30 per quam mens lenitur a grauedine et depressione quam communiter  
 tunc homines patiuntur; huic autem maxime conuenit oleum oliua-  
 rum, quod proprie dicitur oleum: est enim \*lucidum\* et lenituum;  
 ideo etc.

[7] Quantum ad secundum dicunt QUIDAM quod oportet illud  
 35 oleum esse consecratum, quia oportet omnem materiam sacramenti  
 quam Christus sibi non applicauit consecrari; et quia Christus non fuit



usus unctionibus corporalibus, ideo necessarium est omnem materiam sacramenti pertinentem ad unctionem consecrari; set istud reprobatum fuit supra dist. 7; dicendum est ergo, ut ibi tactum fuit, quod ubi minister est determinatus certa ordinatione, materia qua minister utitur debet esse consecrata certa benedictione; set in hoc sacramento minister est determinatus certa ordinatione, scilicet sacerdotali, ut postea patebit; ergo materia debet esse consecrata certa benedictione. 40

[8] Ratio tertii est quia ex eodem a quo dependet ordinatio ministri et consecratio | materie, cum sibi inuicem correspondeant; set ordinatio ministri huius sacramenti dependet a solo episcopo; ergo et consecratio materie. Et hoc etiam est rationabile, quia cum minister propria uirtute non inducat effectum sacramenti, set Christus, in quantum | *M261ra* Deus, est principalis actor, et in quantum homo causa meritoria, et *que a Deo sunt, ordinata sunt*, ut dicitur Ro m. 13, congruit ut, sicut ab ipso redundat gratia sacramentalis in populum mediantibus ministris qui sacramenta dispensant, sic redundet auctoritas dispensandi sacramenta in ministros inferiores mediantibus superioribus, qui materiam 45 50

sanctificant et ministros ordinant; et ideo in omnibus sacramentis que  
 55 indigent | materia sanctificata, sicut fit ordinatio ministri per episco- *K45ra*  
 pum, sic et sanctificatio materie.

[9] Ad primum argumentum dicendum quod *in corruptio glorie non est res contenta in hoc sacramento* nec per sacramentum immediate facta; et ideo non *oportet quod significatio materie ei respondeat*; propter quod *non oportet balsamum* apponi *in materia huius sacramenti*, quia balsamus propter odorem designat claritatem fame, qua non indigent exeuntes de hoc mundo, set solum nitore conscientie, qui sufficienter designatur per oleum.

[10] Ad secundum dicendum quod non est simile de baptismo  
 65 et extrema unctione, quia sicut non est de necessitate baptismi quod minister sit ordinatus, ita consecratio materie non est de necessitate baptismi; e contrario autem est in sacramento extreme unctionis, ut dictum est.

[11] Ad tertium dicendum quod preparatio materie per quam  
 70 nulla uirtus | actiua materie | acquiritur pertinet ad inferiorem artificem et usus ad superiorem, ut dictum est de materia | quam inferior *O141r*  
 ars preparat superiori; set quando per preparationem acquiritur uirtus *A147rb*  
*M261rb*

actiua materie equalis uirtuti artificis, tunc usus materie non est potior  
*Na105vb* | preparatione materie, cum tanta sit uirtus materie sicut utentis; et  
 sic est in proposito, quia per sanctificationem materie tanta uirtus ei 75  
 acquiritur sicut ministro per suam ordinationem.

<QUESTIO TERTIA

VTRVM SACERDOS SIT PROPRIVS MINISTER HUIVS SACRAMENTI>

[1] Tertio queritur utrum sacerdos sit proprius minister huius sacra-  
 menti. \*Et\* uidetur quod non, quia proprium est quod conuenit omni 5  
 et soli; set ministrare hoc sacramentum non conuenit omni sacerdoti  
 et soli; ergo etc. Probatio minoris. Primo, quod conueniat non sacer-  
*P127ra* | doti, | et ita non soli \*, quia forma huius sacramenti est deprecatiua, ut  
*E42va* | patet ex uerbis beati I a c. : | *Orent super eum* etc.; set plus ualet depre-  
*L41va* | catio boni layci quam mali sacerdotis; ergo bonus | laycus magis potest  
 ministrare hoc sacramentum quam sacerdos malus. 10

[2] Item probatio quod conueniat soli episcopo, et ita non omni  
*O141v* | sacerdoti, quia | sicut solus episcopus consecrat crisma, ita ipse solus

consecrat oleum extreme unctionis; set solus episcopus est minister sacramenti | ad quod crisma consecratum requiritur; ergo ipse solus *Z183rb*  
 15 est minister extreme unctionis, ad quam requiritur oleum per ipsum consecratum.

[3] In contrarium arguitur per illud quod dicit beatus I a c. : *Inducat presbyteros ecclesie*. Ex | quo etiam potest specialiter argui quia *V128rb*  
 20 minister huius sacramenti inducendus est ad eum qui suscipit sacramentum; set episcopus non posset conuenienter induci ad omnes infirmos sue dyocesis; ergo non est conueniens quod ipse \*sit solus\* minister.

[4] Responsio. | Videnda sunt tria: primum est an aliquis non *M261va*  
 25 omnis sacerdos uel solus episcopus; tertium est quali forma debeat uti minister huius sacramenti.

[5] Quantum ad primum dicendum est quod nullus laycus potest hoc sacramentum dispensare nec clericus nisi sit sacerdos. De layco patet sic, quia nullum sacramentum nisi sit mere necessitatis potest *O142r*  
 30 dispensari nisi ab illo qui habet aliquem gradum superioritatis in ecclesia; set | laycus non habet aliquem talem gradum; ergo non potest esse

dispensator alicuius sacramenti, nisi illud sit extreme necessitatis, sicut  
 baptismus; unctio autem extrema non est tale sacramentum; ergo etc.  
 Minor de se patet, set probatio maioris, quia in omni communitate  
 ille qui ordinatur ad aliquod officium recipit super alios aliquem gra- 35  
 dum, et hoc est quod dicit beatus DYONISIUS in Ecclesiastica  
 Ierarchia, quod *sunt quidam exercentes actiones hierarchicas et qui-*  
*dam recipientes tantum*, et hii *sunt layci* nisi in \*sacramento\* necessi-  
 tatis, puta baptismo, ut nulli desit facultas spiritualis regenerationis.  
 Quod etiam clericus non sacerdos \*hoc non possit\*, puta subdyaconus 40  
 uel dyaconus, persuadetur sic, quia nullus potest exercere actum qui  
*K45rb* est ad dimissionem peccatorum, cui non est hoc collatum | per suam  
 ordinationem; set nulli ministro infra sacerdotem est per suam ordina-  
 tionem collatum exercere actum qui sit ad remissionem peccatorum;  
*O142v* ergo nullus clericus non sacerdos | potest hoc sacramentum ministrare, 45  
 cum ordinetur ad remissionem peccatorum saltem uenialium.

[6] Secundum principale patet sic. Episcopo non reseruatur administratio sacramentorum nisi | tantum illorum que constituunt suscipientem in aliquo gradu super communem populum; set talia solum *M261vb*  
 50 sunt ordo et confirmatio; ergo ista sola reseruantur episcopo. Maior patet, quia ad illum qui preest in aliqua communitate non pertinet actus singulorum officiorum exercere, set ordinare de singulis qui presunt communitati in specialibus gradibus et officiis. Minor \*similiter\* patet, quia confirmatio constituit hominem quasi militem in exercitu  
 55 ecclesie, ordo autem quasi rectorem et ducem, baptismus autem et sumptio eucharistie, penitentia \*et\* extrema unctio et coniugium non constituunt hominem in aliquo gradu super communem populum; propter quod illa duo tantum reseruantur episcopo, cetera uero non. Et sic patet secundum principale.

60 [7] Circa tertium, scilicet que sit conueniens forma huius sacramenti, tenetur | communiter quod \*hec\* est forma: “Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per uisum”, et sic de ceteris sensibus. Et | differt *O143r*  
*Na106ra*  
 65 indicatiue, ista \*autem\* est deprecatiua. Cuius ratio assignatur triplex. Prima est ex uerbis beati IACOBI, qui loquens de ea uocat eam ‘ora-

tionem' dicens: *Et orent super eum* etc. Secunda est *quia suscipiens hoc*  
*E42vb* | *sacramentum est propriis uiribus destitutus, unde indiget aliorum ora-*  
*tionibus subleuari.* Tertia est *quia datur exeuntibus* de hoc mundo, *qui*  
*iam desinunt esse de foro ecclesie et in manu solius Dei* relinquuntur et 70  
*M262ra* | ideo debent *ei per orationem* commendari. Quedam | tamen ecclesie  
*L41vb* | utuntur uerbis indicatiuis dicendo: "Vngo hos oculos oleo sanctifi-  
 cato in nomine Patris" etc. Nichilominus tamen adiungunt, ut dicitur,  
 aliam formam, dicendo: "Per istam unctionem" etc. Quod si uerum  
 est, tunc forma sacramenti uidetur consistere in oratione deprecatiua 75  
*O143v* | et non indicatiua, | quia apud omnes ecclesias debet obseruari illud  
*P127rb* | quod est de necessitate forme sacramenti. Omnes autem ecclesie obser-  
*V128va* | uant | formam deprecatiua, non autem indicatiua; ergo in uer-  
 bis deprecatiuis consistit forma sacramenti. Si uero alique ecclesie sic  
*A147va* | utantur forma indicatiua quod non addant deprecatiua, tunc est | 80  
 magis dubium que sit forma sacramenti. Et si quis uellet tenere quod  
 forma indicatiua, qua dicitur usus fuisse beatus AMBROSIVS, qui fuit

de primitiuis doctoribus, posset respondere ad rationes alterius partis; beatus enim IACOBVS loquens de oratione forte non intendit de forma  
 85 | sacramenti, set de supplicatione que fit per orationes precedentes aut *B40rb*  
 sequentes, per quas apud Deum subleuatur et ei recommendatur.

[8] Ad argumentum in oppositum dicendum quod ministrare hoc sacramentum competit soli sacerdoti, non layco. Et cum dicitur quod oratio boni layci etc., dicendum quod oratio priuata innititur meritis  
 90 persone, et melior est si fiat | a bono layco quam si fiat a malo sacer- *O144r*  
 dote. Set oratio publica, que fit a ministro ecclesie et innititur communibus meritis ecclesie, melior est quam oratio priuata cuiuscumque persone, dato quod minister sit malus in se.

[9] Ad aliud dicendum quod usus | crismatis in confirmatione per- *M262rb*  
 95 tinet ad solum episcopum, quia per confirmationem acquiritur gradus super communem populum; set per usum olei in extrema unctione non acquiritur talis gradus; et ideo eius dispensatio conuenit omni sacerdoti et non soli episcopo.



## &lt;QVESTIO QVARTA

## VTRVM HOC SACRAMENTVM DEBEAT DARI SANIS&gt;

*K45va* [1] Quarto queritur utrum hoc sacramentum debeat dari sanis. \*Et\* uidetur quod sic, quia sicut baptismus est sacramentum intransium ecclesiam, sic extrema unctio est sacramentum exeuntium; set baptismus datur omnibus intransibus ecclesiam sanis et infirmis; ergo extrema unctio debet dari omnibus exituris; set aliqui sani cito sunt exituri, sicut illi qui sunt decapitandi; ergo etc.

*Z183va* [2] Item si hoc sacramentum non debet dari nisi infirmis, saltem uidetur quod debeat dari omnibus infirmis; set pueri, amentes | et frenetici quandoque infirmantur ad mortem; ergo eis est conferendum hoc sacramentum. 10

[3] In contrarium est quod dicit beatus Iac.: *Infirmatur quis in uobis* etc.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est an hoc sacramentum sit conferendum omnibus infirmis; secundum est utrum sit eis conferendum in determinatis partibus corporis; tertium est an debeat aliquando reiterari. 15

- [5] Quantum ad primum tenetur communiter quod hoc sacra-  
 20 mentum non est dandum nisi infirmis; cuius rationem ALIQVI assignant dicentes quod ea que in sacramentis geruntur interius debent representari per ea que geruntur exterius; set effectus interior huius sacramenti est sanatio spiritualis; | ergo debet representari exterius per sanationem corporalem; set nullus est illius sanationis susceptiuus nisi  
 25 sit actu infirmus; quare de necessitate huius sacramenti est quod suscipiens \*hoc sacramentum\* sit infirmus, quia in sacramentis quidquid est essentialiter de necessitate significationis est essentialiter de necessitate sacramenti, | cum sacramenta in quantum sacramenta sint essentialiter quedam signa. *M262va* *Na106rb*
- 30 [6] Set contra hoc posset sic obici: sicut extrema unctio est spiritualis sanatio, sic | penitentia est spiritualis resuscitatio et baptismus spiri-  
 tualis ablutio; | igitur, si spiritualem sanationem necesse est significari *O145r*  
 per corporalem, ita ut necesse sit quod suscipiens sit infirmus corporaliter, similiter, ut uidetur, necesse \*est\* spiritualem resuscitationem, que *E43ra*  
 35 fit in penitentia, significari per corporalem, ita ut suscipiens eam esset corporaliter mortuus, et ablutionem spiritualem, que fit in baptismo,

necesse esset significari per corporalem, ita ut baptizandus esset corporaliter immundus; hoc autem non est necessarium; ergo nec primum.

*L42ra* [7] \*Potest ad hoc responderi\* quod non est simile de | penitentia et  
*V128vb* baptismo, quia licet penitentia sit spiritualis resuscitatio, non tamen 40  
 datur per | modum resuscitationis sicut extrema unctio per modum  
 medicationis. Et ideo non oportet penitentem esse mortuum sicut  
 oportet illum qui inungitur esse infirmum. Item corporalis ablutionis  
 susceptius est non solum immundus, set mundus, set curationis non  
*O145v* est susceptius nisi infirmus. Potest etiam alia | ratio assignari, quia 45  
*M262vb* extrema unctio est quasi ad supplementum | penitentiae, ut qui non  
 possunt congrue uti \*penitentia\* tamquam medicina grauiori, utantur  
*P127va* hoc sacramento tamquam medicina leuiori; set sani uti possunt | peni-  
 tentia; ergo pro eis non est institutum hoc sacramentum, set solum  
 pro infirmis grauibus, de quorum exitu probabiliter timetur propter 50  
 aggrauationem infirmitatis; nec tamen omnibus infirmis, quantum-  
 cumque grauiter infirmentur, competit hoc remedium, quia non  
 pueris: primo, quia eo non indigent, cum ordinetur ad dimissionem  
 peccatorum uenialium, que pueri antequam sint capaces rationis

55 committere non possunt; secundo, quia hoc sacramentum plurimum  
 ualet ex deuotione suscipientis, et ideo illis pueris qui non possunt  
 hoc sacramentum recognoscere et cum deuotione suscipere, dari non  
 debet. Similiter nec furiosis et amentibus, nisi habuerint lucida inter-  
 ualla in quibus \*hoc sacramentum\* petierunt, et nisi credatur quod  
 60 non faciant irreuerentiam sacramento.

[8] Quantum ad secundum dicendum quod totum corpus non *O146r*  
 debet inungi, set solum determinate partes eius, scilicet organa sen-  
 suum, pedes et renes. Cuius ratio est, quia hoc sacramentum exhibetur  
 per modum curationis. Ex quo potest sic argui: sicut est in curatione  
 65 corporali, sic suo modo debet esse in spirituali; set in curatione cor-  
 porali non oportet quod medicina curans totum morbum adhibeatur  
 toti corpori, set sufficit quod adhibeatur illis partibus in quibus est  
 radix morbi; ergo similiter debet | esse in extrema unctione, que est *M263ra*  
 sanatio spiritualis, quod non debet adhiberi toti corpori, set illis par-  
 70 tibus in quibus sunt | principia et radices peccati uenialis; tales autem *K45vb*  
 sunt partes prius nominate, quia radix et principium peccandi in nobis  
 est primo uis cognitiua, secundo uis appetitiua, tertio uis motiua uel  
 executiua. Vis autem cognitiua in nobis *ortum habet a sensu, et ideo \**

*A147vb* debent inungi | *loca quinque sensuum, \*scilicet\* oculi propter uisum,*  
*aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, manus* 75  
*O146v* *propter tactum | qui in pulpis digitorum maxime uiget. Set propter uim*  
*appetitiuam inunguntur a quibusdam renes, propter motiuam pedes. Set*  
*quia primum principium actuum nostrorum est uis cognoscitiua, ideo*  
*illa unctio que fit in organis sensuum est de necessitate sacramenti et*  
*seruatur ab omnibus. Quod si aliqui \*sunt\* mutilati in aliquibus orga-* 80  
*nis sensuum debent inungi quanto propinquius possunt ad partes illas*  
*in quibus unctio fieri debuit. Alie uero unctiones non uidentur sic esse*  
*de necessitate sacramenti, quia uis appetitiua et motiua sunt secundaria*  
*principia actuum nostrorum, et ideo aliqui illas non obseruant, aliqui*  
*E43rb* *uero \*illam obseruant\* | que est ad pedes, non illam que est ad renes.* 85  
*Na106va* [9] Quantum ad tertium dicendum \*est\* quod hoc sacramentum |  
 potest iterari, quia omne sacramentum quod non imprimit effectum  
 indelebilem est iterabile; set extrema unctio cum non imprimat carac-  
 terem ut baptismus, confirmatio uel ordo, non imprimit effectum

90 indelebilem; ergo potest iterari non solum in diuersis infirmitatibus  
 | quando in singulis timetur | de periculo mortis, set etiam in eadem *M263rb*  
 infirmitate quando est diuturna ut ethica uel ydropisis quotiens ex *O147r*  
 tali infirmitate deducitur homo ad periculum mortis. Extrema enim  
 unctio non respicit | infirmitatem absolute, set statum infirmitatis, *Z183vb*  
 95 qui quotiens iteratur siue in eadem infirmitate siue in diuersis, potest  
 et unctio iterari.

[10] Ad primum argumentum dicendum quod intrantes statum  
 ecclesie non habent aliud remedium nisi baptismum, et ideo debet esse  
 communis omnibus, tam sanis quam | infirmis, | tam adultis quam *L42rb*  
 100 paruulis. Set exituri de hoc mundo si sint sani habent aliud remedium, *V129ra*  
 scilicet \*penitentiam\*, et ideo non indigent extrema unctione, que est  
 quasi in supplementum penitentie; infirmi uero indigent tali remedio;  
 ideo eis solum est conferendum.

[11] Ad secundum patet \*solutio\* ex iam dictis in corpore questio-  
 105 nis.

<DISTINCTIO VIGESIMA QVARTA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM ORDO SIT SACRAMENTVM>

*B46vb* [1] *Nunc ad considerationem sacre ordinationis* etc. Circa distinc-  
tionem istam queritur de duobus in generali: primum est de ordine, 5  
*O147v* secundum est de | hiis que ordini sunt annexa. Quantum ad primum  
primo queritur utrum ordo sit sacramentum. \*Et\* arguitur quod non,  
quia sacramentum est spirituale medicamentum, ut dictum fuit supra  
*P127vb* dist. 1; set ordo | non est medicamentum, cum debeat conferri sanis et  
non infirmis; ergo non est sacramentum. 10

[2] Item quod non est unum sacramentum non est sacramentum,  
sicut qui non est unus homo non est homo; set ordo non est unum  
sacramentum; ergo etc. Minor probatur, quia si ordo est sacramen-  
tum, plures ordines sunt plura sacramenta; sunt autem plures ordines  
et non unus tantum; ergo etc. 15

*M263va* [3] In contrarium est quia illud per quod homo efficitur | dispen-  
sator sacramentorum est sacramentum, quia causa non est deterior  
effectu; set per ordinem homo efficitur dispensator sacramentorum;  
ergo ordo est sacramentum.

20 [4] Responsio. Circa questionem istam uidenda sunt tria: primum  
 est quid sit ordo, prout nunc loquimur; secundum est an debeat esse  
 in ecclesia; tertium est utrum | sit sacramentum.

O148r

[5] Quantum ad primum \*notandum\* est quod ordo tripliciter  
 accipitur: uno modo pro relatione uel habitudine ordinatorum, et sic  
 25 loquitur de ipso beatus AVGVSTINVS libro De ciuitate Dei, quod  
*ordo est parium dispariumque rerum sua loca cuique tribuens dispositio.*  
 Et hoc modo non loquimur hic de ordine. Alio modo accipitur ordo pro  
 gradu qui ordinem primo modo acceptum facit: cum enim ratio ordinis  
 prout est relatio plura requirat (unius enim solius non est ordo), ideo  
 30 ubi primo | occurrit aliquid additum alteri, ibi incipit ordo, ita quod  
 secundum additum primo complet rationem ordinis, et ideo gradus  
 iste secundus ordo dicitur, quia constitutum in tali gradu primo dici-  
 tur ordinatum. Et si sit ibi gradus inferioritatis et superioritatis, gradus  
 superioritatis additus communi statui dicitur ordo, et constitutus in eo  
 35 dicitur ordinatus, siue in statu seculari siue ecclesiastico. Tertio modo  
 accipitur ordo pro eo quod exterius sensibiliter geritur circa aliquem,

K46ra



*O148v* ut in aliquo gradu super alios constituatur, sicut alicui traditur calix |  
 cum pane et uino sub prescripta forma uerborum, ut constituatur in  
 gradu sacerdotii super populum, et hoc magis proprie deberet uocari  
*M263vb* ordinatio quam ordo; sic tamen accipit MAGISTER ordinem in littera | 40  
 et diffinit dicens quod *ordo est signaculum quoddam ecclesie* (accipiens  
 signaculum pro eo quod exterius sensibiliter geritur) *per quod spiri-*  
*tualis potestas traditur ordinato et officium*. Hiis duobus ultimis modis  
*E43va* pertinet | ordo ad propositum nostrum.  
 [6] Quantum ad secundum dicendum est quod ordo utroque dic- 45  
 torum modorum acceptus debet esse et est in ecclesia. Quod patet  
 primo de ordine prout dicit gradum superioritatis in potestate uel  
*Na106vb* officio, quia eque uel magis \*debet esse\* regulatus processus ecclesie |  
 ordinatus ad esse gratie, sicut processus nature ordinatus ad esse natu-  
 rale; set in processu nature est ordo quo quedam sunt aliis superiora et 50  
 eis habent influere; ergo similiter in ecclesia debet esse ordo quo qui-  
*O149r* dam sint aliis superiores potestate et officio | et habeant aliis influere  
 dispensando sacramenta gratie. Item ecclesia militans exemplata est a

triumphante secundum illud Ex o d. 25: *Inspice et fac secundum exem-*  
 55 *plar quod tibi in monte monstratum est*; set in ecclesia triumphante est  
 ordo quo quidam angeli sunt aliis superiores et | habent eis influere *V129rb*  
 diuinas illuminationes; ergo similiter in ecclesia militante | debet esse *A148ra*  
 | gradus superioritatis in quibusdam qui habeant aliis diuina mini- *L42va*  
 strare. Idem patet de ordine tertio modo sumpto, quia potestas eccle-  
 60 sie per quam quidam habent aliis ministrare diuina debet esse nota  
 ecclesie; set non esset nota nisi traderetur sub aliquo sensibili uerbo  
 uel signo uel utroque simul, cum omnis nostra cognitio ortum habeat  
 | ex sensibilibus; ergo potestas dispensandi diuina debet in ecclesia *M264ra*  
 tradi sub aliquibus signis sensibilibus, et talis traditio uocatur proprie  
 65 ordinatio.

[7] Ex hiis patet faciliter tertium principale, scilicet an ordo  
 sit sacramentum, quia ordo primo modo acceptus est sola relatio, | *O149v*  
 secundo autem modo est spiritualis potestas uel deputatio ad dispen-  
 sationem sacramentorum, et neutro istorum modorum est sacramen-  
 70 tum, ut de se patet. Set tertio modo est sacramentum, quod patet sic:

ubicumque sub uelamento rerum sensibilium confertur sanctitas uel  
 mancipatio ad aliquid sacrum, ibi est uerum sacramentum; set in  
*P128ra* ordinatione confertur sanctitas et mancipatio ad | sacros actus; ergo  
 etc. Maior patet ex dictis supra, dist. 1. Minor similiter patet quantum  
 ad alterum membrum, scilicet quod per ordinationem traditur potes- 75  
 tas et mancipatio ad actus sacros sub uelamento quorundam signorum  
 sensibilium (hoc enim patet ex secundo membro); set quod confe-  
 ratur sanctitas per gratiam nisi suscipiens ponat obicem, patet, quia  
 cuicumque datur potestas aliqua seu officium diuinitus \*dantur\* et  
 illa sine quibus executio illius potestatis uel officii non potest congrue 80  
 fieri (Deus enim non defficit in necessariis); set per ordinem confer-  
 tur potestas seu officium ministrandi diuina que sine gratia congrue  
*O150r* ministrari non possunt, | ut probatum fuit supra; ergo in ordine  
 confertur gratia uel potius augetur, quia ad sacros ordines nullus debet  
*Z184ra* accedere | cum conscientia peccati mortalis, alioquin peccat mortali- 85  
 ter. Et sic patet minor.

[8] Ad primum argumentum dicendum quod sacramentum ordinis est spirituale medicamentum, non illius qui ordinem suscipit, quia iam debet esse sanus, | set communitalis, quia per ordinem efficitur  
 90 homo dispensator sacramentorum per que confertur spiritualis sanitas, ut sunt baptismus et penitentia, uel confortatur et augetur, ut eucharistia etc. *M264rb* *K46rb*

[9] Ad secundum respondetur dupliciter. Vno modo quod ordo proprie et simpliciter dictus et qui est sacramentum est solum sacerdotium, cetera autem dicuntur ordines secundum quid, nec sunt sacramenta, set potius quedam sacramentalia antecedentia ad sacerdotium, ut minores ordines subdyaconatus et dyaconatus, et consequentia, ut episcopatus, quemadmodum ad sacramentum baptismi quedam antecedunt et quedam consequuntur. Et si hoc esset uerum, tunc non  
 100 esset nisi | unum sacramentum. De hoc tamen magis infra dicitur. *O150v*  
 Alio modo potest | dici quod ordo est unum sacramentum non unitate indiuisibilitatis, ut punctus, aut continuitatis, ut linea, set unitate perfectionis, quando concurrunt omnia que requiruntur ad perfectam consecutionem finis ad quem res | ordinatur; sacramentum autem *E43vb* *Na107ra*

ordinis ordinatur ad sacramentum eucharistie ministrandum, ad quod 105  
 requiritur eius confectio, que pertinet ad sacerdotem, et preparatio  
 materie et eius oblatio, que \*pertinent\* ad dyaconum et subdyaconum,  
 et dispositio populi, que pertinet ad minores ordines, ut postea dice-  
 tur, et ordinatio ministrorum, que pertinet ad episcopum; propter  
*M264va* quod omnes ordines sunt unum sacramentum | unitate perfectionis et 110  
 unus ordo unitate attributionis. Et hoc sufficit et redit in idem, quo-  
 niam tunc quilibet ordo per se non est nec debet dici sacramentum,  
 set omnes simul unum sacramentum sunt; propter quod quilibet ordo  
*O151r* aut equaliter pertinet | ad rationem sacramenti ordinis, sicut consecra-  
*V129va* tio uini equaliter pertinet ad sacramentum | eucharistie sicut consecra- 115  
 tio panis et econuerso, quod nullus dicit, uel in uno tantum consistit  
 ratio sacramenti, scilicet in sacerdotio, in aliis autem concomitatiue  
 tamquam in sacramentalibus adiunctis.

<QUESTIO SECVNDA

VTRVM SINT TANTVM SEPTVM ORDINES>

*L42vb* [1] Secundo queritur utrum sint tantum septem ordines. \*Et\* uidetur  
 quod debeant esse plures, quia ierarchia ecclesiastica exemplata est a  
 celesti; set in celesti sunt nouem ordines secundum DYONISIVM; ergo 5  
 totidem debent esse in ecclesiastica.

[2] Item *prophetia psalmorem est nobilior inter alias prophetias; set ad pronuntiandum alias prophetias est unus ordo, scilicet lectoratus; ergo ad pronuntiandum psalmos debet esse alius ordo, scilicet psalmistatus,*  
 10 quod confirmatur per illud quod habetur 23 dist. 'Psalmista'; ergo sunt plures ordines quam septem.

[3] In contrarium arguitur quod sint pauciores, quia de ritu et | *O151v*  
 numero sacramentorum debemus sequi traditionem Apostolorum, qui immediate a Christo acceperunt; set apostolica doctrina solum  
 15 facit mentionem de tribus ordinibus, scilicet episcopo, presbytero et dyacono; ergo non debemus plures ordines ponere.

[4] Item ordines distinguuntur secundum actus ordinum; set actus ordinum secundum *DYONISIVM* sunt tantum | tres, scilicet purgare, *M264vb*  
 perficere et illuminare; ergo et ordines debent esse tantum tres.

20 [5] Responsio. Videnda sunt tria: primum est qualis sit diuisio ordinis communiter accepti in ordines specialiter dictos; secundum est de numero et sufficientia ordinum; tertium est de quadam diuisione quasi accidentali que est per sacrum et non sacrum.

[6] Quantum ad primum uidetur \**QVIBVSDAM*\*, sicut tactum fuit  
 25 supra in solutione secundi argumenti, quod ordo in generali acceptus

non diuiditur in speciales ordines sicut in \*plura\* sacramenta, set sicut  
 in sacramentum et sacramentalia, ita quod solum sacerdotium est ordo  
*A148rb* et sacramentum, cetera uero sunt | ordines, | non tamen sacramenta,  
*O152r* set solum \*sacramentalia quedam\*. Et hoc probatur tripliciter.

[7] Primo sic: quando plures actiones ordinantur ad unum spiri- 30  
*P128rb* tualem effectum, ita quod una attingit ipsum, alie uero solum | dispo-  
 nunt, illa sola que principaliter attingit est sacramentum, cetera uero  
 sunt sacramentales tantum, sicut patet de cathecismo et exorcismo re-  
 spectu ablutionis sub determinata forma uerborum; quia enim omnes  
*K46va* iste actiones ordinantur ad ablutionem peccati originalis | et ad hanc 35  
 attingit sola ablutio, cetera uero tantum disponunt, ideo sola ablutio  
 est sacramentum, exorcizatio uero et cathezizatio sunt sacramentales  
 tantum; nunc est ita, quod omnes ordinationes ministrorum ecclesie  
 sunt principaliter propter sacramentum eucharistie conficiendum et  
 ministrandum; ad hoc autem attingit potestas ordinis sacerdotalis, 40  
*O152v* ergo sola ordinatio sacerdotalis | est sacramentum, cetera uero sunt  
 sacramentales tantum.

[8] Secundo sic: sicut potestas que datur in baptismo est ad susci-  
 45 piendum | sacramenta, sic potestas ordinis, ut est sacramentum, est ad *E44ra*  
 conficiendum uel conferendum ea: correspondent enim sibi inuicem *M265ra*  
 sicut potentia actiua et passiuua; set in ordinibus sub sacerdotio non  
 confertur aliqua potestas ad conficiendum uel conferendum sacra-  
 50 menta; unde dyaconus, qui superior | est inter illos, ex ordine non *Na107rb*  
 habet aliquod sacramentum conficere uel conferre, quamuis sacra-  
 mentum eucharistie confectum a sacerdote habeat mediante uase por-  
 tare uel dispensare, portando \*solum\* uel offerendo; ergo nullus ordo  
 sub sacerdotio est proprie sacramentum.

[9] Tertio, quia in ordinatione sacerdotis confertur potestas uel  
 55 deputatio per quam ordinatus potest aliquid facere quod non poterat  
 prius etiam quoad genus facti, \*considerando ipsum quoad spiritua-  
 lem | effectum\*, sicut ordinatus in sacerdotem potest conficere corpus *V129vb*  
 Domini | \*et\* absolueret in foro penitentie, quod non poterat ante ordi- *O153r*  
 60 nationem; set in ordinibus inferioribus sacerdotio nulla potestas uel  
 deputatio confertur ordinato per quam possit aliquid quod non pote-



rat prius, set solum per quam licet facere quod non licebat prius; quid-  
 quid enim potest dyaconus ordinatus, puta legere euangelium, mini-  
 strare sacerdoti etc., totum poterat facere prius, set non licebat ei, et  
 similiter est in inferioribus ordinibus; ergo, cum potestas sit ad posse  
 et non ad licere, potestas que confertur in aliis ordinibus a | sacerdo- 65  
 tio non est potestas simpliciter, set secundum quid; nec illi ordines  
 sunt ordines simpliciter, cum ordo sit signaculum ecclesie mediante  
 quo spiritualis potestas traditur ordinato, ut dictum fuit prius, quare  
 \*non\* sunt sacramenta | simpliciter, set secundum quid, siue quedam  
 sacramentalia. Et | confirmatur hoc per commune dictum DOCTORVM. 70  
 Dicunt enim communiter quod *distinctio ordinum | non est totius*  
*integralis in suas partes, nec totius uniuersalis in partes subiectiuas, set*  
*totius potestatiui, cuius hec est natura quod totum secundum completam*  
*rationem est in uno, in aliis autem est aliqua participatio ipsius, et ita est*  
*hic. Tota enim plenitudo huius sacramenti est in uno ordine, scilicet in*  
*sacerdotio, \*set\* in aliis \*est quedam participatio ordinis.* 75

[10] Ex quo ergo “*tota plenitudo sacramenti est in sacerdotio, in aliis autem est solum quedam participatio*”, patet quod non sunt sacramenta\*. Nec uideo quare hoc non possit teneri probabiliter, immo non uidetur

80 quod aliter possit saluari dictum fratris THOME, cuius sunt uerba pre-  
 cedentia, quia si quilibet ordo est per se et simpliciter sacramentum,  
 tunc plures ordines sunt plura sacramenta et non unum tantum, ut  
 IPSE dicit, et iterum ordo erit totum uniuersale ad speciales ordines,  
 et sacramentum similiter, et speciales ordines erunt eius partes subiec-  
 85 tiue, quia ille sunt partes subiectiue que per se et simpliciter recipiunt  
 predicationem totius, et sic esset in proposito si quilibet ordo esset  
 per se et simpliciter sacramentum, quod iterum IPSE negat. | Si uero *O154r*  
 omnes ordines faciant unum sacramentum ut partes eius, quemad-  
 modum consecratio panis et consecratio uini faciunt unum comple-  
 90 tum sacramentum eucharistie, sequeretur | quod speciales ordines *M265va*  
 essent partes integrales unius sacramenti ordinis, quemadmodum in  
 sacramento eucharistie consecratio panis et uini sunt partes integrales  
 eius; hoc autem iterum negat. Non restat ergo quod possit saluari eius  
 intentio nisi supradicto modo, scilicet quod | sacerdotium sit per se et *K46vb*  
 95 simpliciter ordo et sacramentum, cetera uero sunt sacramentalia tan-  
 tum.

[11] Posset tamen ALIQUIS sic instare: omne illud in quo confer-  
 tur gratia ex opere operato | est sacramentum; set in \*aliis ordinibus *P128va*

a sacerdotio\* confertur gratia ex opere operato; ergo sunt sacramenta.

*E44rb* Minor probatur ut prius sic: quicumque deputatur | diuinitus ad 100  
aliquod officium cuius executio non potest congrue fieri sine gratia,  
illi datur gratia cum collatione officii, quia Deus *non deficit in neces-*  
*O154v sariis*; set dyaconus | et subdyaconus in sua ordinatione deputantur  
ad officia que congrue sine gratia exequi non possunt. Deputantur  
enim ad sacra tractanda, que immundis tangere nephas est secundum 105  
DYONISIVM 1 cap. Ecclesiastice Ierarchie; ergo in eorum  
ordinatione confertur \* gratia; \*sunt ergo\* sacramenta.

[12] Et dicendum \* ad hoc quod maior propositio est uera in illis  
*Na107va* operibus que directe et immediate | ordinantur ad tollendum pec-  
catum, quia cum peccatum non tollatur nisi per gratiam, actio per 110  
quam confertur gratia est ibi principalissima, et ideo est sacramentum,  
*M265vb* sicut est ablutio in baptismo. In operibus autem que | immediate non  
ordinantur contra peccatum, set ad conferendum potestatem seu offi-  
cium propter aliquem finem, illa sola operatio est sacramentum per  
quam confertur potestas que directe et immediate ordinatur ad finem 115  
intentum, quia illa sola est principalis, cetera uero, etsi in eis confere-  
*A148va* tur gratia, sunt | adminiculatiue, et ideo solum sunt sacramentales, |  
*V130ra* non autem sacramenta; sic | autem est in ordinibus, ut declaratum fuit  
*O155r* prius; ideo etc.

120 [13] Rursus si dicatur quod sacramentum et sacramentalia simul debent conferri, cum sacerdotio autem non simul conferuntur reliqui ordines, non ualet, quia non oportet sacramentalia simul conferri cum sacramento. Nam in primitiua ecclesia prius multis diebus et quandoque pluribus annis cathezizabantur aliqui priusquam baptizarentur, sicut legimus de beato MARTINO. Et eodem modo prius tempore promouetur quis ad minores ordines gradatim antequam fiat sacerdos, ut probato in minoribus maiora committantur. Et sic patet primum.

[14] Quantum ad secundum, scilicet de numero et sufficientia ordinum, sciendum est quod omnis ordo ordinatur ad eucharistie sacramentum. Ordo enim ministrorum ecclesie, qui sunt mediatores inter Christum et populum, est ad faciendum unionem populi cum Christo; hoc autem fit maxime per sacramentum eucharistie, in quo Christus continetur realiter et a nobis sumitur; unde dicitur sacramentum unionis. Hec autem unio fit duplici actu, scilicet per sacramenti confectionem | et per | populi dignam preparationem. In primo actu *O155v*  
| deseruiunt quatuor ordines, scilicet acolitatus, subdyaconatus, dya- *L43rb*

- M266ra* conatus et sacerdotium, set differenter, quia acolitus habet materiam consecrandam preparare in uasis non sacris (*ipse enim, ut in littera dicitur, urceolum cum \*uino et aqua\* preparat*, et tradit subdyacono); subdyaconus uero habet eam ponere in uasis sacris, in quibus fit consecratio; dyaconus uero habet eam offerre sacerdoti ad consecrandum, et consecratam dispensare saltem sanguinem mediante uase; consecratio autem pertinet ad sacerdotem. In secundo autem actu, scilicet in preparatione populi, deseruiunt | alii tres ordines, set differenter, quia duo eorum disponunt remouendo prohibens uel malum hominem, ut hostiarius, uel malum demonem, ut exorcista; tertius uero, scilicet lector, preparat conferendo bonam dispositionem quoad cognitionem ueri et dilectionem boni, quod fit legendo prophetias de Christo in Veteri Testamento contentas.
- O156r* [15] Quantum ad tertium sciendum est quod sacrum | dicitur aliquid dupliciter, scilicet absolute et anthonomastice: absolute loquendo omnes ordines sunt sacri, cum sint quoddam sacramentum uel sacramentale; set anthonomastice, idest excellenter, | tres dicuntur sacri, scilicet sacerdotium, dyaconatus et subdyaconatus, duplici ratione: primo ratione materie circa quam habent \*suos actus\*. Habent enim

actus suos circa materiam consecratam; nam subdyaconus habet uasa  
sacra tangere et in eis materiam eucharistie preparare; dyaconus uero  
preparatam | in eisdem uasis sacerdoti offerre; sacerdos autem habet *E44va*  
eam in eis consecrare et consecratam | immediate tractare quantum *Z184va*  
160 ad corpus Domini. Secundo ratione continentie annexe hiis ordinibus *M266rb*  
quantum ad clericos occidentales: uotum enim continentie reddit nos  
quasi Deo consecratos. Nichil autem horum est in quatuor minoribus  
ordinibus, quia nec actus eorum sunt immediate circa aliquid conse-  
cratum nec eis | est continentia annexa; et ideo non dicuntur sic sacri, *O156v*  
165 ut alii tres.

[16] Ad primum argumentum dicendum quod licet ierarchia  
ecclesiastica sit exemplata a celesti, non tamen potest eam imitari in  
omnibus. In angelis enim sunt plures ierarchie propter plures modos  
recipiendi \*diuinas illuminationes\*, in ecclesia autem est una tantum,  
170 quia est tantum unus modus quo omnes homines pro statu uie reci-  
piunt illuminationes diuinas, scilicet per similitudines | rerum sensi- *P128vb*  
bilium. Sicut ergo in hominibus non sunt tot ierarchie quot sunt in  
| angelis, sic nec oportet quod sint tot ordines quot sunt in illis, nec *Na107vb*

tamen ita pauci, quot sunt in una ierarchia angelica, quia cum distinctio ordinum in ecclesia sumatur in comparatione ad eucharistie sacramentum, oportet eos multiplicari secundum multiplicationem actuum concurrentium ad ipsius confectionem uel propter preparationem modo quo dictum est. 175

*O157r* [17] Ad secundum dicendum quod | psalmistatus non est ordo, 180  
*VI30rb* tum quia | actus cuiuslibet ordinis spectat ad singularem personam, 180  
 canere autem psalmos spectat ad totum chorum, tum quia ordo non confertur sine aliqua consecratione, cum omnis ordo sit sacramentum  
*M266va* | uel aliquid sacramentale, psalmistatus autem sola iussione presbyteri suscipitur; est tamen officium, quod innuit canon superius allegatus. 185  
 Nam postquam in precedentibus capitulis dictum est: *Presbyter cum ordinatur* etc., *Dyaconus cum ordinatur*, et sic de singulis, subiungit: *Psalmista* seu *cantor*, quia psalmi canendo dicuntur, *potest absque licentia episcopi sola iussione presbyteri officium suscipere*; non dicit 'cum ordinatur' sicut de aliis dixerat, set uocat simpliciter 'officium', et si \*aliqua glossa\* uel textus \*psalmistatum uocent\* ordinem, improprie 190 accipiunt nomen ordinis pro officio.

[18] Ad rationes alterius partis similiter respondendum est. \*Ad primam\* quod in primitiua ecclesia propter paucitatem ministrorum omnes actus | inferiorum ordinum committebantur dyacono, et ideo *O157v*  
 195 APOSTOLVS sub dyaconatu comprehendit inferiores ordines, nichilominus distincti erant inter se; unde \* ONESIMVS dicitur tunc temporis fuisse acolitus, ut patet ex argumento in secundam epistolam ad Thessalonicenses.

[19] Ad secundum dicendum quod secundum illos actus qui sunt  
 200 purgare, illuminare et perficere, non | distinguuntur ordines nec angelici, cum \*omnes\* illi tres actus conueniant omnibus ordinibus respectu inferiorum (omnes enim superiores \* purgant, illuminant et perficiunt inferiores), neque ordines ecclesiastici, set per actus secundum quos ordinantur ad eucharistie sacramentum, qui sunt plures, ut frequenter  
 205 fuit dictum. Beatus tamen DYONISIVS illos tres actus appropriat tribus, scilicet episcopatui, sacerdotio et dyaconatui, attribuens episcopo omnes tres, sacerdoti duos, dyacono tantum unum, sub quo comprehendit | minores ordines. *M266vb*



## &lt;QVESTIO TERTIA

## VTRVM IN SINGVLIS ORDINIBVS IMPRIMATUR CARACTER&gt;

*O158r* [1] Tertio queritur utrum in singulis ordinibus | imprimatur character.  
*A148vb* \*Et\* uidetur quod | non, quia plura eiusdem speciei uel generis proxi-  
*K47rb* mi | non possunt simul esse in eodem, sicut plures albedines uel plures 5  
 colores non possunt simul esse in eodem subiecto; set si in singulis  
 ordinibus imprimeretur character, illi characteres non differrent nisi solo  
 numero aut specie et non genere, \*sicut ordines non differunt genere\*;  
 ergo non possent esse in eodem et sic nullus posset omnibus ordinibus  
 ordinari; hoc autem est falsum; ergo etc. 10

[2] Item unius sacramenti est unus effectus; set omnes ordines  
 constituunt unum sacramentum, ut prius dictum est; ergo causant  
 unum effectum tantum; set ille non potest esse nisi unus character; ergo  
 etc.

*E44vb* [3] In contrarium est quia illud quod non imprimit characterem est 15  
 iterabile; set nullus ordo est iterabilis; ergo singuli ordines imprimunt  
 characterem.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est utrum in singulis  
*O158v* ordinibus imprimatur | character; secundum est, dato quod sic secun- 20  
 dum unam acceptionem characteris, in quo imprimatur character in  
 unoquoque ordine; tertium est utrum character unius ordinis supponat  
 characterem alterius.

[5] Quantum ad primum sciendum est quod

sicut dictum fuit supra dist. 4 de  
 25 caractere quid sit, est duplex opi-  
 nio: una quod caracter est spiri-  
 tualis potestas per quam homo  
 operatur diuinas actiones; alia  
 est quod caracter est sola depu-  
 30 tatio ad aliquem actum sacrum.  
 Secundum primam opinionem  
 uidetur dicendum quod caracter  
 non imprimitur nisi in sacerdo-  
 tio et in episcopatu.

35

40

45

cum caracter sit potestas per  
 quam homo operatur diuinas  
 actiones, sicut aliquid habet  
 dupliciter rationem potestatis,  
 ita et rationem caracteris: potes-  
 tas enim proprie et simpliciter  
 dicitur per quam possumus in  
 actum in quem alias non posse-  
 mus; set potestas secundum quid  
 dicitur per quam licite possumus  
 quod alias poteramus, | set non  
 licite; sic et caracter simpliciter  
 dicitur potestas per quam possu-  
 mus in actum in quem prius non  
 poteramus; set caracter secun-  
 dum quid dicitur potestas per  
 quam licite possumus in actum  
 in quem prius poteramus, set  
 non licite; accipiendo ergo carac-  
 terem pro potestate simpliciter  
 dicta, sic caracter non imprimi-  
 tur nisi in sacerdotio, non autem  
 in inferioribus ordinibus.

*M267ra*

*Na108ra* Cuius | ratio est quia cuicumque confertur | aliqua spiritualis potestas  
*O159r* simpliciter, talis potest in spiritualem effectum in quem non poterat  
*P129ra* prius, quia omnis potestas ordinatur ad aliquem effectum et spiritualis  
*VI30va* ad spiritualem; set solus episcopus et sacerdos | post | ordinationem 50  
 suam possunt in spiritualem effectum in quem prius non poterant,  
 quia sacerdos potest conficere sacramentum eucharistie et absoluere in  
 foro penitentie, et episcopus potest ordines conferre, quod prius non  
 poterant; dyaconus uero et ceteri inferiores post ordinationem suam  
*Z184vb* non possunt in aliquem spiritualem actum | uel corporalem in quem 55  
 non possent prius, quamuis liceat eis nunc quod non licebat prius; ergo  
 in sola ordinatione sacerdotis et episcopi confertur spiritualis potestas  
 simpliciter dicta, non autem in ordinatione inferiorum. Si ergo carac-  
 ter est spiritualis potestas, sequitur quod character proprie et simpliciter  
 dictus solum imprimatur in episcopatu et sacerdotio. Nec est instantia 60  
*O159v* nisi de exorcista, qui uidetur in sua ordinatione accipere potestatem ad  
 spiritualem effectum, scilicet | ad impediendum potestatem demonis.

- Set istud secundum CYPRIANVM non cogit, quia ipse ponit quod exorcismus nichil facit, set tantum significat illud quod postea in baptismo  
 65 efficitur. Dicit enim sic: *Scias dyaboli nequitiam permanere usque ad  
 aquam salutarem, in baptismo autem omnem | nequitiam amittere.* Et *M267rb*  
 ita secundum IPSVM exorcista non habet potestatem super demonem.  
 Set quia contrarium dictum fuit prius, ideo potest concedi quod in  
 ordinatione exorciste imprimitur character, nec tamen propter hoc est  
 70 dignior ceteris ordinibus, quia quamuis in hoc excedat, tamen in alio  
 exceditur, in hoc scilicet quod actus aliorum ordinum magis de pro-  
 pinquo se habent ad sacramentum eucharistie quam actus exorciste,  
 | qui immediate ordinatur ad tollendum impedimentum baptismi et *L43vb*  
 mediante baptismo ad eucharistie sacramentum.
- 75 [6] Si uero character sit sola deputatio ad actum sacrum uel potestas per quam possumus in actum sacrum in quem | prius poteramus *O160r*  
 set non licite, ut dicit alia opinio, sic dicendum est quod in omnibus  
 ordinibus imprimitur character, quia per quemlibet ordinem deputa-

tur ordinatus ad actum sacrum, qui est sacer uel ratione materie circa  
 quam est uel etiam sacer ex relatione quam habet ad eucharistie sacra- 80  
*K47va* mentum, ut prius dictum | fuit. Et sic patet primum.

[7] Quantum ad secundum sciendum est quod aliquorum ordi-  
 num est tantum unus actus, aliquorum autem plures, quorum tamen  
 unus est alio principalior. In ordinibus quorum est tantum unus  
 actus, character imprimitur in traditione instrumenti pertinentis ad 85  
 actum illum, sicut hostiario imprimitur character in traditione clauium,  
 lectori in traditione libri prophetarum, exorciste in traditione libri  
*E45va* exorcismorum, | cum forma uerborum singulis correspondente. In  
 ordinibus autem quorum sunt plures actus, character imprimitur in tra-  
 ditione instrumenti pertinentis ad principalio rem actum; ille autem 90  
*M267va* actus est principalior | qui immediatius ordinatur ad eucharistie |  
*O160v* sacramentum; cum igitur acoliti sint duo actus, scilicet portare cereum  
 et suggerere \*uinum et aquam\* in urceolis ob sacramentum eucharis-  
 tie, quorum secundus est principalior primo per rationem statim dic-  
 tam, ideo character acolitatus imprimitur in traditione urceoli, quam- 95

uis denominetur ab alio actu, quia est magis patens et frequentior: nomen enim acoliti cerei deportationem significat. \*Similiter subdyaconus\* \*duos actus\* habet, scilicet legere epistolam et materiam eucharistie ordinare et ponere in sacris uasis, et ut \* patet, secundus  
 100 actus est principalior primo, quia sacramento eucharistie immediatior; propter quod character subdyaconatus imprimitur in traditione calicis et patene. De dyacono autem | est magis dubium; habet enim duos *V130vb*  
 actus: unus est legere euangelium, alius est dispensare sacramentum mediantibus uasis; habet enim \*corpus Domini\* portare in patena et  
 105 dispensare sanguinem cum calice; | nec est dubium quod actus secundus est principalior primo, et tamen dyaconus | in sua ordinatione *O161r*  
 non recipit aliquod instrumentum pertinens ad hunc actum; propter quod de impressione characteris in dyaconatu est duplex opinio. *Na108rb*

[8] Vna \* quod imprimitur in traditione libri euangeliorum, quia  
 110 deputatio eius ad suum principale actum non potuit exprimi per traditionem alicuius rei corporalis; cum enim dyaconus habeat potestatem super corpus et sanguinem contenta in uasis, | non potuit hec *A149ra*

*P129rb* potestas exprimi per dationem uasis tantum, quia super uasa | subdya-  
*M267vb* conus habet potestatem, | nec per dationem materie consecrate, quia  
 non habet eam immediate tangere; et ideo oportuit quod ordinaretur 115  
 per traditionem instrumenti pertinentis ad actum secundarium, hoc  
 est per traditionem libri euangeliorum.

[9] Set contra hoc posset dici quod potestas dyaconi ad principalem actum potuit exprimi per traditionem uasorum cum sacramento  
*O161v* contento. Et ad hoc posset dici quod potestas dyaconi non | debuit 120  
 exprimi per traditionem nobilioris rei quam potestas sacerdotalis; hoc  
 tamen fieret si traderentur ei uasa cum sacramento, quia sacerdoti traduntur uasa cum materia non consecrata; quare illud idem non debuit fieri.

[10] Alia opinio est quod character imprimitur in impositione 125  
 manuum, per quam datur intelligi quod applicatur ad magnum ministerium, eo quod manus est organum organorum; dyaconus autem |  
*Z185ra* per excellentiam dicitur minister, et huic uidetur C a n o n concordare

- 23 dist., ubi dicitur quod cum ordinatur dyaconus, solus episcopus ei  
 130 manum imponit, eo quod ad ministerium applicetur. Sacerdos simi-  
 liter habet plures actus, set principalior inter omnes est consecrare  
 corpus \*Christi\* et sanguinem, absoluere autem in foro penitentie est  
 eius actus secundarius; et ideo in datione calicis et patene cum mate-  
 ria imposita imprimitur character sacerdotalis; | unde Dominus hanc *O162r*  
 135 potestatem primo dedit discipulis in cena, quando tradens corpus  
 suum et sanguinem in calice dixit: | *Hoc facite in meam commemora-* *L44ra*  
*tionem.* Set post resurrectionem dedit eis potestatem ad actum secun-  
 darium quando dixit: *Quorum remisieritis peccata, | remittuntur eis etc.* *M268ra*  
 Et sic patet secundum.
- 140 [11] Quantum ad tertium dicendum est quod unus ordo alium  
 non \*supponit\* | ex necessitate, set de congruitate solum. Quod patet *K47vb*  
 sic: sicut se habet actus ad actum, sic potentia ad potentiam; set actus  
 unius ordinis non supponit de necessitate actum alterius, ut de se  
 patet; ergo nec potestas seu character unius ordinis supponit ex necessi-



tate characterem alterius; inde est \*secundum iura\* quod promotus per 145  
*E45rb* saltum non | reordinatur, set suppletur quod est omissum, ut habetur  
 52 dist. ‘Sollicitudo’ et *Extra*, V libro ‘De clerico per saltum pro-  
*O162v* moto’, cap. *Tue littere*. Congruum tamen est ut non promouetur |  
 ad maiores ordines qui prius in minoribus se non humiliavit; omnes  
 tamen ordines supponunt ex necessitate baptismum, quia baptismus 150  
 est ianua sacramentorum; propter quod ante baptismum nullus est  
*B47rb* susceptivus alicuius sacramenti, et ideo | si de facto aliquis ordinare-  
 tur non baptizatus, nichil reciperet, set esset baptizandus et totaliter  
 reordinandus, sicut expresse habetur *Extra*, III ‘De presbytero non  
 baptizato’, cap. primo et ultimo. 155

[12] Ad primum argumentum dicendum quod si character est sola  
 deputatio ad actus sacros, tot characteres dicitur aliquis habere quot  
 actibus faciendis simul uel successiue poterit deputari, siue actus illi  
*V131ra* differant specie siue genere; nec propter hoc erunt | plura eiusdem spe-  
 ciei \*aut generis\* in eodem subiecto, quia character sic acceptus non est 160

nisi relatio rationis, entia autem rationis nusquam sunt subiectiue. Si uero character | sit spiritualis potestas existens subiectiue in ordinato, *M268rb*  
 tunc in tribus ordinibus solum imprimitur character, | scilicet episcopa- *Na108va*  
 tu, sacerdotio et exorcista, et hee | potestates differunt genere proximo *O163r*  
 165 sicut actus earum.

[13] Ad secundum dicendum quod unius sacramenti est unus effectus principalis, et sic character sacerdotii est principalis effectus sacramenti ordinis; possunt tamen esse multi effectus minus principales ordinati ad principalem actum eius, et sic sunt multi characteres  
 170 multorum ordinum, qui omnes ordinantur ad characterem sacerdotii et ad actum eius.

[14] Ad argumentum alterius partis dicendum quod non solum sacramentum non est iterabile, quia imprimit aliquam potestatem existentem subiectiue in suscipiente sacramentum, set quia per ipsum  
 175 deputatur quis ad actum sacrum, sicut benedictio calicis non iteratur, quia per eam deputatur ad actus sacros, quamuis nichil fiat subiectiue in calice per benedictionem, et similiter potest esse in ordinibus, que tamen deputatio | large dicitur character. *P129va*

<QVESTIO QVARTA  
VTRVM CORONA SIT ORDO>

[1] Deinde queritur de hiis que sunt ordinibus annexa, que sunt  
*O163v* corona | et episcopatus. Et primo queritur de corona, utrum sit ordo.  
 \*Et\* uidetur quod sic, quia illud est ordo per quod aliquis ponitur in 5  
 gradu super communem populum; set per coronam ponitur homo in  
 gradu super laycos; ergo est ordo.

[2] In contrarium est quia secundum ritum ecclesie nullus ordo  
*M268va* datur sine celebratione misse; set corona datur | preter missam et omni  
 die; ergo non est ordo. 10

[3] Responsio. Videnda sunt tria: primum est quod corona non est  
 ordo; secundum est quod est dispositio congrua ad ordines; tertium  
 est quod non est dispositio necessario presupposita ab ordinibus.

[4] Primum patet sic: per omnem ordinem confertur ordinato  
 potestas uel deputatio ad aliquem actum sacrum, ut patet ex preceden- 15  
 tibus; set per coronam nichil horum confertur; ex hoc enim solo quod  
 aliquis tonsuratur, nulli actui <uel> nulli officio deputatur; ergo non  
 est ordo.

[5] Secundum sic patet: in omni transitu de statu ad statum  
*O164r* conuenienter interponitur aliqua media dispositio, sicut nouitiatus | 20

est media dispositio inter statum secularem et religiosum; igitur inter  
 statum laycorum et ministrorum ecclesie conuenienter ponitur media  
 dispositio; hec autem est tonsura clericalis, per quam | illi qui tonsu- *L44rb*  
 rantur separantur a statu laycorum et preparantur ad statum ministro-  
 25 rum; quare etc. Et quia separantur a statu laycorum, ideo deponunt  
 capillos et tondentur in signum depositionis superflue cure tempora-  
 lium, quia uero preparantur ad ministerium Dei, cui seruire regnare  
 est, ideo raduntur | in modum corone, que est signum regale; religiosi *E45va*  
 uero non clerici tondentur quidem, quia a statu secularium separan-  
 30 tur, set non in | modum corone, quia non applicantur ad ministerium *K48ra*  
 diuinum.

[6] Tertium patet sic: essentialius se habet ordo prior ad sequentem  
 quam tonsura ad aliquem ordinem; set ad sequentem ordinem | non *A149rb*  
 preexigitur ex necessitate prior | ordo, ut patuit prius; ergo nec ad | *M268vb*

*O164v* recipiendum quemcumque ordinem preexigitur ex | necessitate ton- 35  
*Z185rb* sura, set tantum de congruitate.

[7] Ad argumentum in oppositum dicendum quod illud per quod aliquis ponitur in gradu super communem statum absque potestate seu deputatione ad diuinum \*ministerium\* potest esse ordo uiuendi, sicut est ordo monachorum uel quorumcumque religiosorum, et sic tonsura posset dici ordo clericalis, quia aliter debent uiuere clerici 40 quam layci et statum priuilegiatum habent. Set non est ordo ministerii ecclesiastici ex quo non est ibi \*aliqua deputatio\* ad aliquod sacrum ministerium, de quo ordine intendimus ad presens.

<QUESTIO QVINTA

VTRVM IN ECCLESIA SIT ALIQUA POTESTAS MAIOR SACERDOTALI>

[1] \* Vtrum in ecclesia sit aliqua potestas maior sacerdotali. Videtur *Na108vb* quod non, quia potestates distinguuntur secundum actus; | set actu  
*V131rb* sacerdotali, qui est consecrare corpus Christi, nullus \*alius actus | 5 potest esse\* maior; ergo nec aliqua potestas est maior sacerdotali.

*O165r* [2] Item sacerdos in | offerendo gerit figuram Christi, qui se ipsum obtulit; set nullus est maior Christo, qui est caput ecclesie; ergo nec sacerdote.

10 [3] In contrarium est DYONISIVS, qui episcopum collocat super sacerdotem, sicut sacerdotem super dyaconum seu ministrum.

[4] Responsio. Distinguendum est primo de potestate, quia quedam est iurisdictionis, quedam consecrationis: potestas iurisdictionis est ad regendum populum, potestas autem consecrationis est ad  
 15 confectionem et administrationem sacramentorum, et harum duarum potestatum, si quelibet precise consideretur et comparetur | una alteri, *P129vb*  
 dignior est secunda quam prima: | ordinatur enim prima ad secundam. *M269ra*  
 Ad hoc enim est potestas iurisdictionis ut populus sic arceatur a malis et exercitetur in bonis quod dignus sit participare diuinis sacramentis.  
 20 Cum ergo querimus utrum sit aliqua potestas maior sacerdotali, non intendimus comparare dictas duas potestates ad inuicem, que earum sit maior, set intendimus comparare potestates | iurisdictionis inter  
 se, et consecrationis inter se et habentes eas, querendo scilicet utrum aliquis sit maior sacerdote quoad potestatem iurisdictionis uel quoad  
 25 potestatem consecrationis.

[5] Et procedetur sic, quia primo ostendetur quod in ecclesia sunt multi maiores simplici sacerdote quoad potestatem iurisdictionis, et secundo inquiretur an consimiliter sit de potestate consecrationis. Pri-

mum patet sic: potestas que tota data est uni in suo fonte non est in  
 aliis nisi deriuata et limitata pro illius uoluntate; set potestas iurisdic- 30  
 tionis, que est ad regendum populum, tota et in suo fonte data fuit  
 soli Petro et in eo successoribus eius quando cura \*totius\* ecclesie sibi  
 soli commissa \*est\*, dicente Domino I o h . ultimo: *Pasce oues meas* (hoc  
 enim nulli aliorum Apostolorum dictum est, nec tunc aut prius aut  
 0166r postea); ergo \*talis potestas solum est plena et perfecta | in successore\* 35  
 Petri, qui ob hoc papa dicitur, quia \*est\* pater patrum. In aliis autem  
 non est nisi deriuata et limitata, prout pape placet, inter quos \*infi-  
 mum gradum\* tenent simplices sacerdotes, quibus de iure cuius papa  
 est conditor aut nulla iurisdictio competit aut minima, ut excommu-  
 nicare pro furtis notoriis et huiusmodi in locis ubi \*de consuetudine\* 40  
 hoc obtinent. Supra simplices autem sacerdotes sunt episcopi, qui  
 M269rb habent | iurisdictionem ordinariam super totam dyocesim. Super hos  
 L44va autem sunt archiepiscopi, | qui non solum habent iurisdictionem in  
 E45vb sua dyocesi, set super | totam prouinciam in quibusdam casibus. Super

45 omnes denique papa collocatur, penes quem residet plenitudo et pri-  
 mitas huius potestatis, et hoc est rationabile, quia optimum regimen  
 unius multitudinis est quando regitur per unum supremum, a quo  
 descendit auctoritas regendi in medios | et usque ad infimos, et propter *O166v*  
 hoc regnum est optima politia secundum PHILOSOPHV M II P o l i t i -  
 50 c o r u m ; | set regnum ecclesie \*a Christo optime institutum est\*; ergo *K48rb*  
 in tota ecclesia debet esse unus uniuersalis rector a quo descendat auc-  
 toritas regendi in medios usque ad rectores infimos, et hic est papa.  
 Et propter hoc stat unitas ecclesie, propter hoc quod omnia membra  
 sunt sub uno capite; qua de causa illi qui hanc potestatem negant sci-  
 55 smatici dicuntur, quasi unitatis ecclesie diuisores. Et sic patet primum,  
 scilicet quod multi sunt maiores simplici sacerdote quoad potestatem  
 iurisdictionis.

[6] De potestate autem consecrationis uel ordinis est magnum  
 dubium. QUIDAM enim uidentur sensisse quod summa potestas conse-  
 60 crationis \*seu\* ordinis erat potestas | sacerdotalis, ita quod omnis *Na109ra*



sacerdos quantum est de potestate sacerdotali potest omnia sacra-  
*O167r* menta ministrare, confirmationem, omnes ordines, | omnes benedic-  
 tionis et omnes consecrationes facere; set propter periculum scisma-  
*V131va* | \*ordinatum fuit\* ut sacerdotes unum ex se ipsis eligerent | qui  
*M269va* diceretur episcopus quasi super alios intendens, cui obedirent et cui 65  
 reseruatum est ordines facere et huiusmodi que \*nunc\* faciunt \* soli  
 episcopi; episcopus ergo maior est sacerdote quantum ad potestatem  
 iurisdictionis, set non quoad potestatem ordinis uel consecrationis, set  
 sunt pares, quamuis ex ordinatione ecclesie aliqua sint reseruata epi-  
 scopis et prohibita presbyteris. 70

[7] Et quod ita sit, probatur multipliciter, ostendendo quod  
 Scriptura eosdem uocat presbyteros quos episcopos et econuerso, non  
 distinguens inter eos ubi loquitur de hiis que sunt ordinis et conse-  
 crationis. APOSTOLVS enim scribens ad Philippenses I cap. dicit: *Cum*  
*episcopis et dyaconibus*, per episcopos intelligens presbyteros, cum in 75  
 una ciuitate ut est Philippis plures episcopi esse non debeant. Rursus  
*Z185va* Act. 20 dicit idem: *Attendite uobis et | uniuerso | gregi in quo | Spi-*  
*O167v* *ritus \*Sanctus\* posuit uos episcopos*, et loquebatur illis de sola ciuitate

- Ephesina. Expressius autem patet a d Tit. I, ubi dicitur sic: *Huius rei* <sup>P130ra</sup>  
 80 *gratia reliqui te Crete, ut que desunt corrigas et constituas presbyteros per*  
*ciuitates, sicut ego tibi mandauī, si quis sine crimine est, unius uxoris uir.*  
 Et statim subdit: *Oportet enim episcopum sine crimine esse.* Ecce quem  
 prius dixit presbyterum nunc uocat episcopum. Et I ad Tim. 4  
 dicit: *Noli negligere gratiam Dei que data est tibi per impositionem*  
 85 *manuum presbyteri,* idest episcopi, et uocat se PAVLVS presbyterum,  
 cum esset episcopus qui eum ordinauerat. Et in eadem epistola, 3 cap.,  
 loquens de ordinatione episcopi et dyaconi, de | presbyteris reticet, <sup>M269vb</sup>  
 eosdem intelligens presbyteros quos episcopos in hiis que ad ordina-  
 tionem pertinent.
- 90 [8] Idem uidetur posse probari per rationem, quia nulla potestas  
 ordinis uel consecrationis fuit in | Apostolis, in quorum locum suc- <sup>O168r</sup>  
 cesserunt episcopi, nisi a Christo; set Christus non ordinauit eos nisi  
 ordinatione sacerdotali, ut probabitur; ergo nec Apostoli prius nec  
 95 episcopi modo habent potestatem ordinis nisi sacerdotalem. Proba-  
 tio minoris: Christus enim solum uidetur ordinasse Apostolos in cena

*A149va* quando tradens eis corpus et sanguinem suum dixit: | *Hoc facite in*  
*meam commemorationem.* Et iterum post resurrectionem quando dixit:  
*Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata* etc. Vtraque  
autem ordinatio est simplicis sacerdotis; quare etc. Sic \*igitur\* dicunt 100  
*E46ra* QUIDAM quod episcopus et presbyter olim fuerunt nomina synonyma,  
et etiam administratio communis, quia communi consilio | sacerdo-  
tum regebantur ecclesie, set in remedium scismatis ne unusquisque ad  
se trahens ecclesiam rumperet eam, ordinatum est ut unus preesset, et  
*L44vb* quoad nomen, ut ille solus episcopus diceretur, | et quoad administra-  
*O168v* tionem aliquorum sacramentorum et sacramentalium, \*que\* sibi | reser- 105  
uarentur de consuetudine et institutione ecclesie. Et hoc expresse uult  
HIERONYMVS 93 dist. cap. *Legimus in Ysaia*, et super *Epistolam ad*  
*K48va* *Titum*, | et recitatur 95 dist. cap. *Olim presbyter* etc. Consuetudo  
autem et institutio ecclesie potest dare iurisdictionem, set non potes-  
tatem ordinis aut consecrationis; quare etc. Nec obstat huic sententie 110  
*M270ra* nisi unum, hoc scilicet quod frustra fieret specialis | consecratio epi-

scopi, nisi per consecrationem conferretur ei aliqua spiritualis potestas. Ad quod posset dici quod non fit frustra, quia sicut sacerdotibus nulla potestas confertur per manuum unctionem, set solum significatur  
 115 quod ordinantur ad sacramenta tractanda, sic episcopo nulla confertur potestas per capitis unctionem, set significatur quod rite et secundum instituta ecclesie ab ipso tamquam a capite constituto debent ceteri ad diuina officia mancipari.

[9] ALII | dicunt | quod potestas ordinis uel consecrationis est *O169r*  
 120 maior in episcopo quam in simplici sacerdote non solum ex ordina- *V131vb*  
 tionem ecclesie, set ex natura ordinis et consecrationis secundum diui-  
 nam institutionem. | Cuius ratio est quia ea que sunt in noua lege *Na109rb*  
 figurata fuerunt per ea que fuerunt in ueteri. Nunc est ita quod in  
 ueteri lege episcopus seu summus sacerdos ex diuina ordinatione  
 125 consecrabatur speciali consecratione et ad specialem actum ultra sim-  
 plices sacerdotes: nam, ut habetur L e u . 8, caput solius summi sacer-  
 dotis, qui habebat alios in suis officiis ordinare et cui soli \*licitum erat\*

in sancta sanctorum semel \*in anno\* ingredi, ungebatur oleo sacre  
 unctionis; ergo similiter uidetur quod ex diuina ordinatione fit ut  
 caput episcopi, qui est summus sacerdos, consecretur unctione cris- 130  
 matis ad specialem actum qui ei soli competit, sicut est ministros ordi-  
 nare et huiusmodi que solis episcopis conueniunt. Et hec opinio est  
*O169v* communior, nescio | si uerior.

[10] Ad primum argumentum dicendum quod nullus actus non  
 includens actum consecrandi est maior eo; set consecrare et ordines 135  
*M270rb* \*conferre\* est maius | quam alterum solum; cum igitur potestas epi-  
*P130rb* scopalis | hec duo includat necessario ut in sequenti questione patebit,  
 manifestum est quod ipsa est maior potestate sacerdotali, que includit  
 solum alterum.

[11] Ad secundum dicendum quod sicut sacerdos celebrando 140  
 representat Christum ut se ipsum obtulit, ita episcopus celebrando et  
 ordines faciendo representat eundem ut se ipsum obtulit et ut eccle-  
 siam fundauit et ministros instituit, quod est maius quam primum, et  
 sic perfectius representatur Christus per episcopum quam per sacer-  
 dotem. 145

[12] Ad argumentum in oppositum posset dicere, qui uellet pri-  
 mam opinionem tenere, quod Dyonisius prefert episcopum sacerdoti  
 loquens secundum institutionem et consuetudinem ecclesie, per quam

reseruata sunt quedam episcopis et prohibita presbyteris, quamuis  
 150 essent pares in potestate ordinis.

<QVESTIO SEXTA  
 VTRVM EPISCOPATVS SIT ORDO>

[1] \*Postea\* queritur de episcopatu utrum | sit ordo. \*Et\* uidetur *B47va*  
 quod non, quia unus ordo non dependet \*ab\* alio quantum ad neces- *O170r*  
 5 sitatem, ut dictum est prius; set episcopatus dependet a sacerdotio de  
 necessitate (nullus enim potest ordinari in episcopum nisi prius fuerit  
 sacerdos); ergo episcopatus non est ordo.

[2] Item maiores ordines non conferuntur nisi in sabbatis; set epi-  
 scopatus confertur in dominicis; ergo non est ordo.

10 [3] Item communiter non ponuntur esse nisi septem ordines; set si  
 episcopatus esset ordo, tunc essent octo; quare etc.

[4] In contrarium est DYONISIVS, qui tractans de ordinibus specia-  
 liter nominat tres, scilicet episcopatum, sacerdotium et dyaconatum.

[5] Et arguitur per rationem, quia ordo non est aliud | nisi gra- *E46rb*  
 15 dus potestatis uel ministerii in spiritualibus | dispensandis; set episcopi *M270va*  
 possunt dispensare aliqua sacramenta que non possunt dispensari per *Z185vb*  
 simplices sacerdotes, sicut confirmationem et ordinem sacrum; ergo  
 episcopatus est ordo.

[6] Responsio. QUIDAM distinguunt de ordine dicentes quod ordo potest dupliciter accipi: uno modo prout est sacramentum, alio modo  
*O170v* ut nominat solum gradum potestatis | respectu quarumcumque sacra- 20  
*K48vb* rum actionum uel officiorum. Primo modo episcopatus non est ordo,  
*L45ra* | ut dicunt, quia ordo ut est sacramentum ordinatur ad sacramentum  
 eucharistie; set episcopus per ordinationem episcopalem non accipit  
 aliam aut | maiorem potestatem super sacramentum eucharistie quam 25  
 simplex sacerdos; ergo episcopatus uel potius ordinatio episcopalis non  
 est sacramentum. Secundo autem modo episcopatus est ordo: habet  
 enim episcopus ex sua ordinatione ampliorem potestatem in colla-  
 tione sacramentorum et executione sacrarum actionum quam sacer-  
 dos simplex: potest enim omnes ordines conferre, consecrare alium 30  
 in episcopum, confirmare, ecclesias dedicare, moniales benedicere et  
*V132ra* multa alia que non conueniunt simplici sacerdoti; | quare etc.

[7] Istud est dictum fratris THOME, quod credo uerum esse, set  
 credo quod non potest uerificari nisi modo prius tacto, scilicet quod  
 ordines inferiores sacerdotio non sunt proprie sacramenta. Cuius ratio 35  
 est quia si ordo sacramentum importat habitudinem ad sacramen-

tum eucharistie, si intelligatur in consecratione tantum, contra EOS  
est quia minores ordines nullam talem habitudinem habent, et tamen  
secundum EOS sunt sacramenta; si autem intelligatur | hec habitudo *M270vb*  
40 in consecrando uel disponendo ad consecrationem seu consecrati  
susceptionem, iterum est contra EOS, quia sicut potestas minorum  
ordinum est ad disponendum populum ad sacramenti eucharistie sus-  
ceptionem, sic potestas episcopalis est ad ordinandum ministrum ad  
\*eius\* consecrationem uel confectionem; sicut ergo propinquiorem et  
45 nobiliorem habitudinem ad sacramentum eucharistie habet consecrans  
quam recipiens, sic nobiliorem et propinquiorem habitudinem habet  
ad idem sacramentum potestas episcopalis quam potestas minorum  
ordinum; igitur si minores ordines sunt sacramenta secundum ISTOS,  
sequitur quod ordinatio episcopalis fortiori ratione erit sacramentum.



Et sine dubio satis uideretur mirabile quod ordinatio acoliti, qui debet 50  
portare candelabrum et in urceolis aquam et uinum, esset sacramen-  
tum, et ordinatio episcopalis, a qua dependet totus ordo ecclesiasticus,  
non esset sacramentum.

*O171v* [8] Dicendum ergo, tenendo quod non est sacramentum per  
rationem que prius facta fuit, quia quando plures actiones ordinan- 55  
tur ad unum spirituales effectum et una attingit ipsum, cetera uero  
tantum disponunt, illa sola que attingit est sacramentum, cetera uero  
sunt sacramentalia tantum. Nunc est ita, quod omnes ordines ordi-

*P130va* nantur ad eucharistie sacramentum | conficiendum et ministrandum,  
*A149vb* ad quod attingit solus ordo | sacerdotalis, ceteri uero disponunt tan- 60  
tum uel ordinando ministrum, ut episcopus, uel preparando materiam

uel disponendo populum, ut ordines inferiores sacerdotio; ergo solum  
*M271ra* sacerdotium est sacramentum, episcopatus uero et ceteri ordines | sunt  
quedam sacramentalia tantum. Imprimis autem episcopatus caracte-  
rem, cum per ordinationem episcopalem conferatur potestas per quam 65  
ordinatus potest in spirituales actus in quos prius non poterat secun-  
dum opinionem communiorem, nisi strictissime accipiatur character  
pro potestate principali respectu sacramenti eucharistie, quia sic in  
solo sacerdotio imprimitur character.

*O172r* [9] Ad primum | argumentum dicendum quod ceteri ordines non 70  
habent inter se necessariam colligantiam, quia actus eorum non habent

inter se necessariam | dependentiam; secus autem est de episcopatu et *E46va*  
 sacerdotio, quia cum episcopi sit consecrare sacerdotem et non econ-  
 uerso, oportet potestatem episcopalem esse maiorem et digniorem  
 75 sacerdotali; non autem esset maior nisi eam includeret, quia \*nobi-  
 lior actus\* est consecrare corpus Christi, quod pertinet ad sacerdotem,  
 quam ordinatio ministri, quod pertinet ad episcopum: nam secundus  
 est propter primum. Si ergo episcopus non esset sacerdos, iam potes-  
 tas episcopalis esset inferior sacerdotali et per consequens non posset  
 80 ordinare sacerdotem; ideo oportet omnem episcopum esse sacerdo-  
 tem: nam episcopatus est completum sacerdotium, unde et episcopus  
 in ueteri lege dicebatur | summus sacerdos. *K49ra*

[10] Ad secundum dicendum quod determinatio temporis in  
 conferendis ordinibus non est de necessitate ordinum, set ex statuto  
 85 ecclesie; ordinauit autem ecclesia | quod episcopus \*consecraretur\* in *V132rb*  
 dominica, ut habetur 75 dist. cap. 1, forte propter maiorem sollempni-  
 tatem | que fit in consecratione episcopali, ad quam confert sollempni-  
 tas diei, uel quia episcopatus est completum sacerdotium, | et ideo *O172v*  
 postquam sabbato collatum est sacerdotium, ad complementum eius *L45rb*  
 90 additur | in dominica ordinatio episcopalis, uel quia episcopus ordina- *M271rb*  
 tur sponsus ecclesie loco Christi, et ideo ad modum nuptiarum debet

ordinari in die sollempni, et maxime in dominica, que a Domino nomen accepit; possent etiam alie congruitates inueniri.

[11] Ad tertium dicendum quod communiter non dicuntur esse nisi septem ordines, quia communiter non loquimur nisi de ordinibus quibus communes ministri ordinantur, et illi sunt tantum septem; et sic episcopatus non includitur, quia episcopus non est de communibus ministris, set est supremus quasi dux et princeps aliorum, uel sub sacerdotio | includitur episcopatus eo quod est sacerdotium perfectum, unde \*et\* summus sacerdos dicitur, propter quod secundum communem modum loquendi non ponit in numerum.

<DISTINCTIO VIGESIMA QVINTA

QVESTIO PRIMA

VTRVM OMNIS EPISCOPVS POSSIT CONFERRE ORDINES>

[1] *Solet etiam queri si heretici etc.* Circa distinctionem istam primo  
5 queritur | utrum omnis episcopus possit conferre ordines. Et arguitur *O173r*  
quod non, quia agens instrumentale non agit nisi sit coniunctum prin-  
cipali agenti; set minister sacramentorum est agens | instrumentale *Z186ra*  
respectu Christi, qui est institutor eorum; ergo nullus minister potest  
conferre sacramenta nisi sit coniunctus Christo; set hereticus non  
10 coniungitur Christo neque per fidem propriam, cum sit infidelis, nec  
per fidem ecclesie, cum sit ab ea precisus; ergo episcopus, si sit hereti-  
cus et precisus ab ecclesia, non potest \*sacramentum ordinis\* conferre.

[2] Item plus est aliquem promouere ad ordines quam absoluere a  
peccatis uel a sententiis iuris; set episcopus, si sit hereticus uel ab eccle-  
15 sia precisus, non potest aliquem absoluere a peccatis uel a sententiis;  
ergo nec ordinare.

- M271va* [3] In contrarium arguitur, quia sacerdos, | quantumcumque  
sit hereticus uel ab ecclesia precisus, potest conficere sacramentum  
eucharistie, ut patuit supra dist. 13; ergo episcopus, quantumcumque  
sit hereticus et ab ecclesia precisus, potest ordines conferre. Probatio 20  
*O173v* consequentie, quia sicut consecratio sacerdotalis | ordinatur ad confec-  
tionem sacramenti eucharistie, sic episcopalis ad ordinationem mini-  
strorum ecclesie.
- P130vb* [4] Responsio. Circa questionem istam uidenda sunt duo: | pri-  
mum est quod omnis episcopus potest conferre omnes ordines; secun- 25  
dum est quod solus episcopus potest eos conferre, saltem maiores. Pri-  
mum patet. Episcopus enim ex ordinatione episcopali habet ex officio  
administrationem omnium sacramentorum; in habentibus enim ordi-  
nem potestas superior potest quidquid inferior et adhuc amplius; cum  
ergo consecratio episcopalis sit suprema consecratio que sit in ecclesia, 30  
potestas data per eam est suprema respectu omnium aliarum; et ideo  
episcopus potest quidquid possunt inferiores in ministrando sacra-  
menta et adhuc amplius; plenitudo ergo administrationis sacramen-

35 torum residet apud episcopum. Ex quo sic arguitur: si non omnis epi-  
 scopus posset omnes ordines conferre, hoc esset uel propter demeritum  
 | uite, quia esset malus, uel propter deffectum in fide, quia esset here- *E46vb*  
 ticus, uel propter sententiam ecclesie, quia esset excommunicatus uel  
 suspensus seu alias precisus, uel propter depositionem ab ordine, quia  
 esset degradatus; | set neutrum istorum impedit quin omnis episcopus *O174r*  
 40 possit ueros ordines conferre; ergo etc. Minor probatur. Primo quan-  
 tum ad duos | eius \*primos\* articulos, scilicet quod demeritum uite et *M271vb*  
 deffectus in fide non impediatur quin possit ueros ordines conferre, quia  
 illud quod habet efficaciam ex opere operato non frustratur ex deme-  
 rito operantis, dummodo concurrant ea que sunt | de necessitate ope- *K49rb*  
 45 ris; set sacramentum ordinis efficaciam habet ex opere operato; ergo  
 malitia uite et deffectus in fide personali, que pertinent ad demeritum  
 operantis, non impediunt | quin episcopus, qui ex sua consecratione *V132va*  
 est minister omnium ordinum, ut declaratum est, possit ueros ordines  
 conferre, dummodo seruet debitam formam et materiam que sunt de  
 50 necessitate sacramenti. Item ad eliciendum aliquem actum numquam  
 est necessarius habitus, qui solum ponit modum, set sufficit potentia  
 per quam | quilibet potest exire in actum, ut sonat nomen potentie; set *L45va*  
 gratia et fides, per quam est bona uita, sunt quidam habitus; ergo non  
 | requiruntur ad hoc ut episcopus possit conferre ordines, set solum *O174v*

ad hoc ut rite et licite conferat. Secundo patet eadem minor quantum 55  
ad alios duos articulos, scilicet quod episcopus excommunicatus uel  
degradatus possit ueros ordines conferre, quia si non posset, hoc esset  
uel quia esset priuatus potestate uel executione non solum iuris, set  
facti. Non potest dici quod sit priuatus potestate, quia que dantur per  
consecrationem semper manent manente re consecrata; set potestas 60  
conferendi ordines datur episcopo in sua consecratione; ergo semper  
*Na110ra* | manet, nec amitti potest. | Item nec priuatur executione facti, quia  
*M272ra* executio facti correspondet potestati, quia potestas est per quam pos-  
sumus, executio autem iuris ultra potestatem requirit licitum usum.  
Cum ergo per excommunicationem et degradationem non priuetur 65  
*A150ra* episcopus potestate conferendi ordines, | non priuatur executione facti  
quin ueros ordines conferat; priuatus est tamen executione iuris, quia  
illicite confert \* ad dampnationem sui et illius qui scienter recipit, et  
*O175r* hoc est expresse | determinatum ab AVGVSTINO in littera et habetur I  
quest., 1 cap.: *Quod quidam.* 70

[5] Secundum patet, scilicet quod solus episcopus potest ordines  
conferre precipue maiores, quia *non minus est in exercitu duces pre-*

*ponere quam milites ascribere; set ad solum episcopum pertinet in exercitu ecclesie militantis ascribere milites per sacramentum confirmationis,*  
 75 ut patuit supra dist. 7; *ergo multo fortius ad ipsum solum pertinet in ecclesia preponere duces, quod fit per sacramentum ordinis,* precipue quoad ordines maiores.

[6] Ad primum argumentum dicendum quod episcopus quantumcumque malus, hereticus et precisus et etiam degradatus continuatur  
 80 in administratione sacramentorum Christo ut principali agenti ratione potestatis ministerialis quam accepit in consecratione, et ratione fidei ecclesie si intendat facere quod facit ecclesia, quamuis illud ualere non credat.

[7] Ad secundum dicendum quod non est simile de ordinatione  
 85 et absolute | a peccatis, quia in absolute non est alius effectus *P131ra*  
 quam remissio peccatorum, que fit per gratiam, et quia subiciens | *O175v*  
 se scienter heretico peccat nec est capax gratie, idcirco non potest ab eo absolui. In ordinatione uero primus effectus est potestas ordinis, secundarius uero est gratia; scienter | *M272rb*  
 90 preciso non suscipit gratiam propter dictam causam, recipit tamen characterem uel potestatem ordinis, que sine gratia potest haberi.



## &lt;QUESTIO SECVNDA

## VTRVM MVLIER VEL PVER POSSIT ORDINARI&gt;

Z186rb [A1-B1] Secundo queritur utrum deffectus nature, puta sexus uel etatis, impediat | aliquem a susceptione ordinis, quod est querere utrum mulier uel puer possit ordinari. Et arguitur quod sic, quia simile uide- 5  
 E47ra tur de ordine et aliis sacramentis; set tam uir quam mulier, tam adultus quam paruulus possunt alia sacramenta suscipere, ut baptismum, eucharistiam et huiusmodi; ergo et ordines.

[A2-B2] Item ea que sunt eiusdem speciei possunt recipere actiones eiusdem agentis; set uir et mulier, adultus et paruulus, sunt eiusdem 10  
 speciei; ergo possunt ab episcopo equaliter ordinari.

[A3-B3] Ad idem est quod dicitur 27, quest. 1 de dyaconissa, cap. *Dyaconissa*, et 32 dist., cap. *Presbyter*.

[A4-B4] In contrarium est quia ordinibus annexum est officium docendi; set pueris et mulieribus non \*competit\* docere: pueris qui- 15  
 K49va dem | propter deffectum rationis, mulieribus propter interdictum |  
 O176r APOSTOLI | \*I a d\* T i m . 2: *Mulierem docere in ecclesia non permitto*,  
 V132vb *neque dominari in uirum*; quare etc.

[A5-B5] Item ordinatis competit sacra uasa tangere; set hoc non est  
 20 licitum mulieribus, ut habetur 23 dist., cap. *Sacratas*; ergo mulier non  
 est ordinanda.

[A6-B6] Responsio. A susceptione ordinis potest aliquid impedire,  
 quia oppositum est de necessitate sacramenti uel de necessitate pre-  
 cepti uel de congruitate et honestate suscipiendi. Primo modo impedit  
 25 sexus muliebris a susceptione ordinis, quia sexus uirilil est de neces-  
 sitate sacramenti, cuius causa principalis est institutio Christi, cuius  
 fuit instituere sacramenta tam quoad ministrantes quam ad susci-  
 pientes. Christus autem non ordinauit nisi uiros tantum in cena, | *L45vb*  
 quando potestatem consecrandi eis tribuit, et post resurrectionem,  
 30 quando Spiritum Sanctum \*eis dedit\* | dicens: *Quorum remisieritis* *M272va*  
*peccata* etc. Nec matrem suam, quamuis omnium mulierum sanctis-  
 simam, ad aliquem gradum ordinis promouit. APOSTOLVS | etiam, qui *O176v*  
 tradidit nobis quod a Domino accepit, ut habetur \*I ad\* C o r. 11,  
 innuit mulieres non debere ordinari, nec habere gradum doctrine in

ecclesia, qui competit ordinatis, ut tactum est in arguendo. Nec potest 35  
*B47vb* dici quod istud \*solum sit\* ex ordinatione | apostolorum et non ex |  
*Na110rb* statuto Christi, quia auferre alicui dignitatem sibi utilem ad salutem et  
 concessam a Christo non potest esse sine preiudicio, quia \*hoc etiam\*  
 esset preiudicium in rebus temporalibus; set dignitas ordinis utilis est  
 ad promotionem salutis in recte utentibus; ergo si \*concessum fuisset\* 40  
 a Christo quod mulieres potuissent ordinari, istud non potuisset eis  
 sine preiudicio auferri. Tenendum est ergo quod mulieres non possunt  
 ordinari ex Christi \*statuto\*. Ratio autem congruentie est quia per  
 ordinem ponitur aliquis in gradu excellentie super alios non ordinatos;  
 set talis gradus non competit mulieribus super uiros, set potius status 45  
*O177r* subiectionis propter infirmitatem | corporis et imperfectionem ratio-  
 nis secundum illud Gen. 3: *Sub uiri potestate eris*; ergo etc. Sic ergo  
 sexus muliebris impedit a susceptione ordinis, quia oppositum est de  
 necessitate sacramenti.

[A7] Secundo autem modo impedit aliquem a susceptione  
 ordinis et maxime sacramenti quodcumque canonicum impe-

| *deest* 33

dimentum, siue excommunicatio siue irregularitas quomodo-  
 cumque contracta, et generaliter omne mortale peccatum, insu-  
 per ignorantia illorum que requiruntur ad executionem officii  
 55 sui, et multa alia, quorum quedam sunt prohibita ab ecclesia  
 quia mala, quedam autem sunt prohibita quia continebant  
 quandam indecentiam et deformitatem; ista igitur impediunt  
 a susceptione sacramenti ordinis de necessitate precepti, non  
 autem de necessitate sacramenti. Cuius ratio est quia omnes  
 60 tales, si ordinentur in forma ecclesie, recipiunt characterem, cum  
 ad hoc non requiratur bonitas uite nec ex parte ordinatorum  
 nec ex parte ordinantium, set non recipiunt ordinis sui execu-  
 tionem sine dispensatione, quia ordinantur contra preceptum  
 ecclesie; set in hac dispensatione est differentia in hoc quod si  
 65 aliquis recipit in mortali peccato scienter ordinem, non potest  
 exsequi officium suum antequam conteratur et confiteatur, et  
 ille qui potest eum a peccato absoluere potest cum eo dispen-  
 sare ut possit exsequi officium suum; si autem sit excommuni-  
 catus uel irregularis uel aliud impedimentum habuerit, indiget  
 70 dispensatione sedis apostolice | uel episcopi, ubi papa huiusmo-  
 di dispensationem sibi non reseruat.

[A8] Etas autem puerilis impedit a susceptione maiorum  
 ordinum, quia oppositum est de necessitate precepti, set non

*deest* 3

*P131rb*

<i>A150rb</i>	a susceptione minorum, nisi de congruitate   tantum. Ratio primi est quia maioribus ordinibus est annexum uotum continentie ex statuto ecclesie; set ad illud nullus potest se obligare nisi habens usum rationis et discretionis; ergo nullus debet secundum statutum ecclesie ad maiores ordines promoueri ante annos discretionis. Ratio secundi est quia congruum est ut	deest 3 75
<i>K49vb</i>	nulli   detur gradus cuius actum exercere non potest; set actus quorumcumque ordinum, etiam minorum, non potest debite exerceri nisi ab habentibus usum rationis et discretionis; ergo non est congruum quod ante hoc tempus aliqui promoueantur etiam ad minores ordines, nisi forte <i>adsit necessitas et spes profectus</i> . Verumptamen etas puerilis non impedit a susceptione ordinis quantum est de necessitate sacramenti, ut uidetur QVIBVSDAM, quia aliquis potest habere potestatem cuius non habet usum; et ideo licet pueri carentes usu rationis non possint	80  85
<i>Z186va</i>	habere executionem ordinis, possunt   tamen potestatem recipere et processu temporis actum eius exercere. [A9] Istud autem ultimum uidetur satis dubium, precipue si per paruulos intelligantur pueri qui omnino carent usu rationis: primo, quia satis uidetur absurdum quod talis paruulus possit sacerdos fieri uel episcopus ordinari; secundo, quia ad susceptionem cuiuslibet sacramenti requiritur intentio suscipiendi, propria si sit adultus, interpretatiua si sit paruulus; set in paruulo, si ordinetur de facto, non potest esse propria uoluntas suscipiendi ordinem, cum non habeat usum rationis, nec interpretatiua, quia licet uoluntas parentum uel eorum qui uicem	90   95

100 parentum gerunt possit esse interpretatiua | uoluntas paruulo-  
 rum quantum ad ea que sunt de necessitate salutis paruulorum  
 corporalis uel spiritualis (propter quod intentio parentum eos  
 offerentium ad baptismum sufficit ad susceptionem baptismi  
 salutaris), tamen uoluntas parentum non uidetur sufficere ad  
 105 hoc ut paruuli suscipiant sacramentum ordinis, quod non est  
 de necessitate salutis, set est supererogationis et constituit in  
 gradu dignitatis, quia quoad hoc non bene patet quomodo  
 uoluntas parentum sit interpretatiua uoluntas paruulorum,  
 cum paruuli talibus licite possint dissentire postquam ad annos  
 110 discretionis peruenerint. Et iterum, quia baptismus ordinatur  
 ad deletionem peccati originalis, quod contrahit paruulus ex  
 actu parentum, congruum est quod uoluntas parentum suffi-  
 ciat eis ad suscipiendum baptismum; set hec causa in aliis sacra-  
 mentis non habet locum.

*deest B*  
*V133ra*

115 [A10-B7] Ad argumenta in oppositum. Ad primum dicendum  
 quod non est simile de ordine et \*sacramentis aliis\*, potissime quan-  
 tum ad mulieres, quia alia sacramenta ordinantur contra deffectum  
 communem uiris et mulieribus, ut baptismus et eucharistia, penitentia  
 \*et\* extrema unctio, uel ad actum communem utrisque, ut confir-  
 120 matio, que ordinatur ad confessionem fidei, ad quam tenentur tam  
 uiri quam mulieres, sacramentum autem ordinis constituit in gradu  
 excellentie super alios | et doctrine, qui non competit mulieribus, ut  
 dictum est; de pueris autem dictum est in corpore solutionis.

*M272vb*

[A11-B8] Ad secundum dicendum quod illud est uerum quando agens agit ex necessitate nature, non autem quando agit uoluntarie 125 uel ut instrumentum agentis uoluntarii, sicut est de illo qui ministrat sacramenta, qui non agit nisi secundum formam impositam a principali agente.

[A12-B9] Ad tertium dicendum quod canones uocant ‘dyaconis-  
*O177v* sam’ non ab | ordine dyaconatus, set a benedictione, qua competit ei 130  
 legere omeliam in matutinis, non autem \*legere\* euangelium in missa  
 uel ministrare circa altare in missa, ut dyacono \*competit\*<sup>\*</sup>; ‘presbite-  
*E47rb* ram’ uero | uocat canon uiduam que habet custodire res ecclesie, sicut  
 apparet \*in\*<sup>\*</sup> sequenti capitulo: *Mulieres*.

<QUESTIO TERTIA

VTRVM LICITVM SIT SPIRITVALIA VENDERE VEL EMERE  
 PRO PRETIO TEMPORALI>

[1] Deinde queritur de symonia, que est uitium contingens quan-  
 doque in collatione ordinum. Et primo utrum \*licitum sit\*<sup>\*</sup> spiritualia 5  
 uendere uel emere \*pro\*<sup>\*</sup> pretio temporali. Et uidetur quod sic, primo  
 quia nichil est magis spirituale quam regnum celorum et remissio

peccatorum; set ista licite possunt emi pretio temporali; dicit enim GREGORIUS in o m e l i a : *Regnum celorum tantum ualet quantum habes*,  
 10 et D a n . 4 dicitur: *Peccata tua elemosinis redime*; ergo multo fortius alia spiritualia possunt emi licite.

[2] Item totum ecclesiasticum officium est spirituale | quoddam, *K50ra*  
 maxime misse, deinde orationes publice et priuate; set pro hiis licite accipiuntur temporalia; assignantur enim redditus pro missis in capel-  
 15 lis dicendis, pro anniuersariis celebrandis, | et elemosine dantur bonis *O178r*  
 uiris pro orationibus priuatis; ergo etc.

[3] Item spiritualis actus est prophetare, predicare, uisitare et corrigere; set pro hiis licite accipiuntur temporalia; ergo etc. Probatio minoris: prophetis enim dabantur temporalia, | ut patet \*I\* Reg. 9 et *M273ra*  
 20 III Reg. 14. Item predicatoribus licet accipere stipendia, ut patet \*I ad\* Cor. 9, et prelati etiam corrigentes et uisitantes accipiunt procuraciones; quare etc.

[4] In contrarium est quod dicit GREGORIUS in Registro et recitatur in decreto PASCHALIS, I, quest. 3, cap. *Altare*, ubi dicitur sic:



*L46ra Altare et decimas \*et\* Spiritum Sanctum emere | uel uendere symoniacam 25*  
*heresim \*esse\* nullus fidelium ignorat.*

[5] Responsio. Videnda sunt duo: primum est an uenditio spiritua-  
 lium pro temporalibus sit aliquo modo licita; secundum est, supposito  
*V133rb* | quod non, set semper sit in ea uitium symonie, quot modis commit-  
 titur in tali uenditione symonia. Quantum ad primum sciendum est 30  
 quod aliquid potest dici spirituale a Spiritu increato uel a spiritu crea-  
*Na110va* to. Si a Spiritu increato, hoc potest esse dupliciter, | quia uel est spiri-  
*O178v* tuale per essentiam, | ut gratia et cetera dona Spiritus Sancti, uel per  
 attributionem, ut sacramenta, que sunt spiritualia per causam, et ad  
 hoc antecedentia, concomitantia et consequentia. Spirituale per essen- 35  
 tiam nullo modo potest uendi, nec de iure nec de facto. Cuius ratio est  
 quia in omni uenditione res uendita potest transferri \* in euentem de  
 facto uel de iure; set gratia et cetera dona spiritualia per essentiam non  
*Z186vb* possunt ab uno transferri | in alterum, nec de iure nec de facto; ergo

40 non possunt aliquo modo uendi; propter quod in uenditione talium  
spiritualium non potest committi symonia.

[6] Sacramenta uero que sunt spiritualia per causam possunt qui- *A150va*  
dem uendi de facto, set numquam de iure nec licite. Cuius ratio est  
triplex secundum tria que sunt in uenditione ad que res uendita habet  
45 comparationem, que sunt pretium, uendens et ipsa uenditio. Primo  
ergo patet propositum ex comparatione | rei uendite ad pretium sic: *P131va*  
illa uenditio est de se illicita in qua res uendita non potest | per pre- *M273rb*  
tium compensari (hoc enim habet natura emptionis et uenditionis | *O179r*  
quod res empta uel uendita compensetur per pretium); set res spiri-  
50 tualis non potest terreno uel temporali pretio compensari iuxta illud  
\*quod dicitur\* Pro u. 3 de sapientia et fortiori ratione ueritatem  
habet de gratia et spiritualibus pertinentibus ad gratiam, quia *pretio-*  
*sior est cunctis opibus et omnia que desiderantur huic non ualent compa-*  
*rari*; ergo uenditio cuiuscumque spiritualis pro quocumque temporali  
55 est de se illicita. Hanc rationem tangit beatus PETRVS condempnans

Symonem primatem symonie Act. 8 dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri.*

*E47va* [7] Secundo patet idem comparando rem | uenditam ad uendentem sic: illa uenditio est de se illicita in qua uenditor non est dominus rei uendite, set tantum minister ad dispensandum et non ad uendendum; 60  
 set prelatus ecclesiasticus constitutus est minister tantum spiritualium ad dispensandum, non ad uendendum; ergo, si uendantur, uenditio  
*O179v* talis est de se illicita. Maior | patet de se et I, quest. 1, cap. *Eos qui per pecuniam*, ubi dicitur sic: *Omnis enim dominus quod habet, si uult, uendit, siue seruum siue quid aliud eorum que possidet*, et applicat ad 65  
 casum nostrum de symonia. Minor probatur, scilicet quod prelatus non sit constitutus a Deo dominus spiritualium, set tantum minister et dispensator, primo per illud quod habetur \*I ad\* Cor. 4: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores ministeriorum Dei*, et  
*K50rb* PETRVS | princeps apostolorum et uicarius Christi dicit I c a n o n i c a 70  
 sua, \*4 cap.\*: *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam*

*administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratie Dei; acceperunt autem gratis non ex uenditione, | sicut DOMINVS dixit Ma t t h. 10: M273va*  
*Gratis accepistis, gratis date; ergo nullo modo licitum est talia uendere.*

- 75 [8] Tertio patet \*idem\* ex comparatione rei uendite ad naturam uenditionis sic: ille contractus est illicitus in quo natura rei repugnat \*contractui\*; set sic est in \*emptione et uenditione\* rei spiritualis; ergo talis \*uenditio\* est simpliciter illicita. Maior patet de se, quia natura rei | *V133va*  
 debet \*congruere\* contractui et econuerso. | Minor probatur, quia *O180r*
- 80 accessorium sequitur naturam principalis; sacramenta autem accessoria sunt ad gratiam, et ideo sequuntur eius naturam. Natura autem gratie est quod gratis detur, alioquin non esset gratia, ut habetur Ro m. 11; natura autem \*uenditionis et emptionis\* est quod sit contractus non gratuitus; igitur natura gratie et spiritualium annexorum repugnat
- 85 emptioni et uenditioni. Patet igitur | ex hiis quod emptio et uendi- *L46rb*  
 tio sacramentorum est de se illicita, et dicitur symonia a Symone, qui uoluit emere gratiam conferendi Spiritum Sanctum, quem uidit uisibiliter dari in sacramento confirmationis per impositionem manuum

*Na110vb* | apostolorum, ut habetur A c t . 8. Vendentes \* proprie Gyezite dicuntur propter illud quod legitur de Gyezi I V R e g . , 4 \*cap.\* , quamuis 90 omnes tam uendentes quam ementes possint dici symoniaci, quia Symon uoluit illam gratiam emere ut postea opera sua uenderet.

[9] Et idem dicendum est de antecedentibus ad sacramenta, ut  
*O180v* sunt uasa sacra et ius patronatus, quod est ius presentandi | aliquem ad beneficium ecclesiasticum. Vasa enim sacra nullo modo ratione 95 consecrationis \*uendenda sunt\*, ut scilicet \*pro consecratione\* eorum aliquid plus exigatur, tamen in necessitate ecclesie uendi possunt quoad  
*M273vb* ualorem eius | quod est in eis pure corporale, ut materia auri uel argenti, et tunc si uendantur persone ecclesiastice, possunt integra uendi, si autem aliis et non ad usum ecclesie, debent prius frangi ne \*tractentur sancta\* ab aliis quam a ministris ecclesie. Ius uero patronatus 100

per se uendi non potest nec in feudum dari, set si uilla cui ius patronatus est annexum uendatur uel in feudum detur, ius patronatus transit cum uniuersitate, ut patet *Ex t r a*, 'De iure patronatus', *Cum seculum*,  
 105 nec propter ius patronatus debet uilla | uel castrum plus uendi. *P131vb*

[10] Concomitantia uero, ut labor corporalis qui est in ministrando sacramenta uel in consecrando ecclesias, nullo modo uendi possunt, quia | numquam cadit sub uenditione labor operantis, set opus, | *O181r*  
 etiam in pure corporalibus. Quis enim umquam emeret laborem operantis nisi propter fructum operis? Nullus. Et ideo ridiculum est dicere *B48ra*  
 110 quod minister possit laborem suum uendere ubi ipsum opus licite uendere non potest. Si quid ergo recipit minister ecclesiasticus dispensans sacramenta, | non recipit illud ut pretium operis uel laboris, set ut *E47vb*  
 sustentationem ministri. Et idem dicendum est de officiis consequentibus ad sacramenta suscepta, | ut patebit in solutione argumentorum. *Z187ra*  
 115

[11] Eorum autem que dicuntur spiritualia a spiritu creato, quedam sunt spiritualia per essentiam, ut scientia et uirtutes acquisite, et hec nullo modo uendi possunt etiam de facto per eandem rationem que posita est prius de gratia et spiritualibus per essentiam; alia uero  
 120 sunt spiritualia per attributionem, ut docere, consulere \*et\* testificari,

et uendere talia non est symoniacum, set quandoque est aliud genus  
*M274ra* peccati, quandoque uero nullum. Quando enim aliquis | tenetur | tales  
*O181v* operas exhibere, | uendere eas est iniustum; propter quod cum iudex  
*A150vb* ex officio suo teneatur iudicare et testis ex eo quod subditus est iudi-  
*K50va* cio teneatur testificari, | \*iudex\* non potest absque iniustitia uendere 125  
suum iudicium, nec testis suum testimonium, licet possit expensas  
petere quas facit ueniendo ad locum iudicii et redeundo. Ex quo sequi-  
tur quod cum sigillum iudicis non sit nisi testimonium sui iudicii,  
non uideo quomodo \*iudex possit\* pro sigillo suo aliquid petere, nisi  
forte expensas cere et sigillatoris et clericorum ad hoc deputatorum. 130  
*V133vb* Quando autem aliquis non tenetur tales operas ex | officio exhibere,  
uendere eas non est illicitum; unde iurisperitus potest licite uendere  
suum consilium et aduocatus suum patrociniū. Et sic patet primum,  
scilicet qualiter uendere spiritualia sit illicitum et symoniacum.

[12] Quantum ad secundum, scilicet quot modis committitur 135  
*O182r* symonia, | dicitur communiter quod tribus modis quos VRBANVS papa

determinat et habetur in *Decretis*, I, quest. 3, cap. *Saluator*, scilicet per munus a lingua et munus a manu et ab obsequio. Ratio \*autem\* huius est quia *symonia consistit in emptione et uenditione | spiritualium;* *Na111ra*  
 140 *emptio autem et uenditio non solum consistunt in | datione et acceptione* *L46va*  
*pecunie, set omnium eorum quorum pretium potest numismate mensurari;* potest enim emi uinum soluendo pretium de blado uel quocumque alio temporali; set *omnis rei temporalis pretium potest numismate mensurari;* ergo *quicumque pro aliqua re temporali uel commodo dat aliquid*  
 145 *spirituale symoniam committit.*

[13] *Commodum autem temporale potest aliquis \*ab alio\* expectare tripliciter: | uel ex parte anime, sicut est amicitia uel fauor aliquis, et* *M274rb*  
*quantum ad hoc est munus a lingua, quod consistit in precibus quas exaudiendo acquirit quis amicitiam uel fauorem; uel ex parte corporis, sicut aliquis | actus corporaliter exercitus, et quantum ad hoc est* *O182v*  
 150 *munus ab obsequio; uel est aliquid exteriorum bonorum, mobilium uel*



immobilium, *et sic est munus a manu*; propter \*hoc\* hiis tribus modis \*potest committi\* symonia, cum pro aliquo eorum confertur aliquid spirituale uel spirituali annexum.

[14] Est tamen aduertendum quod munus a manu uel est tale et 155  
tantum quod presumitur inclinare affectum ad collationem rei spiri-  
tualis, et tunc committitur symonia, aut est ita modicum quod non  
presumitur inclinare affectum, et tunc non est symonia, et hoc quidem  
uerum est quantum ad iudicium ecclesie, que ex exterioribus sic pre-  
sumit, set quoad Deum et conscientiam semper est symonia, si prop- 160  
ter munus magnum uel paruum conferatur quodcumque spirituale.

[15] Similiter de munere a lingua, quod consistit in precibus, distin-  
*P132ra* guitur, quia preces | uel fiunt pro digno uel fiunt pro indigno: si pro  
indigno, clare apparet quod nichil aliud mouet ad exaudiendum tales  
*O183r* preces nisi fauor precantis, aut periculum quod timetur nisi preces | 165  
potentis exaudiantur, que preces dicuntur armate; et ideo in hoc casu  
*E48ra* semper est symonia, cum ad tales preces aliquid spirituale | datur. *Si*  
uero preces *fiant pro digno quantum ad iudicium hominum, probabile*

est quod dans magis moueatur intuitu dignitatis persone quam fauore pre-  
 170 cum. Verumptamen si principaliter moueatur fauore precum uel timore  
 rogantis, quantum ad diuinum iudicium symoniam committunt, et roga-  
 tus qui dat, et rogans | si hoc intendat.

M274va

[16] Similiter dicendum est de obsequio, quia quantumcumque sit  
 honestum, symonia est si pro eo detur ecclesiasticum beneficium. Alio  
 175 enim modo potest episcopus clericum sibi seruientem remunerare.  
 Si uero episcopus expertus est dignitatem clerici ex diuturnitate tem-  
 poris quo ei seruiuit, potest ei licite conferre officium et beneficium  
 ecclesiasticum, habendo oculum | ad dignitatem et non ad seruitium K50vb  
 180 tibus deseruientes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Ratio | O183v  
 autem omnium predictorum \*est talis\*: idem est iudicium de pecunia  
 et de omni pretio temporali quod potest per pecuniam comparari; set  
 quodcumque munus a manu, magnum uel paruum, quodlibet obse-  
 quium quantumcumque honestum, fauor persone, est commodum

temporale quod potest per pecuniam comparari; ergo sicut est pec- 185  
 catum symonie conferendo aliquid spirituale digno uel indigno \*per  
 pecuniam\*, similiter est peccatum symonie si conferatur digno uel  
 V134ra indigno aliquid spirituale pro | munere ab obsequio, a manu et a lin-  
 gua, si ad hoc habeatur respectus; habetur autem respectus ad hoc,  
 quando sine hiis non esset alias collaturus. 190

Z187rb [17] Ad primum argumentum dicendum quod regnum celorum  
 proprie non uenditur, cum Deus nichil recipiat a nobis, set meremur  
 illud bonis operibus, quod meritum GREGORIVS uocat emptionem, et  
 improprie. Per idem patet ad illud quod dicitur Dan. 4: *Peccata tua*  
*elemosinis redime.* 195

[18] Ad secundum dicendum quod pro missa \*uel\* anniuersario,  
 oratione quacumque, publica uel priuata, non est licitum accipere ali-  
 O184r quid | temporale, ut pretium, set ut aliquid | ordinatum ad sustenta-  
 M274vb tionem ministri; unde super illud \*I ad\* Tim.: *Qui bene presunt*  
 Na111rb *presbyteri* dicit | Glossa AVGVSTINI: *Accipiunt necessitatem sustentationis* 200  
 L46vb *a populo, mercedem | autem dispensationis a Domino.*

[19] Ad tertium dicendum quod *munera exhibebantur bonis prophetis magis in sustentationem eorum, ut libere uacarent spiritualibus, quam ad emendum munera prophetie, sicut dicit IERONYMVS Super*  
 205 *Micheam*. Mali tamen prophete talia recipiebant ut munera | pro- A151ra  
 phetie et peccabant. Similiter opus predicationis potest esse pro pecunia non tamquam pretio, set tamquam re de qua est predicatio; potest enim predicari ut pecunia detur ad fabricam ecclesie uel ad sustentationem pauperum, sicut de aliis operibus misericordie. Licitum est  
 210 etiam eam accipere ad sustentationem predicantium. Per idem patet ad illud quod arguitur de uisitatione et correctione, quia procuratio que recipitur non est pretium correctionis uel uisitationis, set sustentatio ministri. Similiter cum quis absoluitur ab excommunicatione, pecunia quandoque recipitur non ut pretium absolutionis, | set ut pena delin- O184v  
 215 quentis; in quo tamen casu multum esset cauenda nota cupiditatis.

## &lt;QUESTIO QVARTA

VTRVM QVICVMQVE PRELATVS POSSIT EXCVSARI A VITIO SYMONIE  
 CONFERENDO PRO PECVNIA SIMPLICEM CANONICATVM VEL SIMPLEX  
 BENEFICIVM CVI NON SIT ANNEXA CVRA ANIMARVM VEL SACER ORDO>

[A1] Secundo queritur utrum quicumque prelatus, cuiuscumque gradus uel dignitatis existens, possit excusari a uitio symonie conferendo pro pecunia simplicem canonicatum uel simplex beneficium cui non sit annexa cura animarum uel sacer ordo. Et uidetur quod saltem papa uel inferiores prelati ex dispensatione pape possint in hoc casu excusari a peccato, quia quod non est symoniacum de se, nisi solum ex iuris prohibitione, non ligat papam nec inferiores cum quibus papa dispensat; set conferre simplicem canonicatum cui non est annexa cura animarum nec sacer ordo non est de se symoniacum, set solum ex prohibitione iuris; ergo etc. Maior patet, quia statuta canonum non ligant papam nec illum cum quo papa dispensat, sicut nec leges imperatorem. Probatur hoc ff., 'De legibus', *Princeps*, et IX, quest. 3, cap. *Cuncta*. Minor probatur primo per HOSTIENSEM, qui dicit hoc expresse *Extra*, 'De symonia', super capitulo ultimo. Et probatur per rationem, quia non uidetur quod aliquid de se sit symoniacum nisi emptio uel uenditio sacramentorum, ut patet per illud quod legitur *Act.* 8, unde radix symonie processisse uidetur. Symon enim, a quo symo-

deest B

10

15

20

nia dicta est, uoluit pro pecunia emere | gratiam conferendi  
 25 Spiritum Sanctum quem uidebat uisibiliter dari in sacramento  
 confirmationis per impositionem manuum apostolorum; set in  
 simplici canonicatu et beneficio sine cura et sacro ordine nulla  
 est obligatio ad susceptionem uel administrationem sacramenti;  
 ergo uendere uel emere tale beneficium non est de se symonia-  
 30 cum.

[A2] Item quando spirituale et corporale sunt annexa, lici-  
 tum est ex uenditione temporalis transferri spirituale in alterum,  
 dummodo propter spirituale non augeatur pretium, ut patet in  
 iure patronatus, quod transit uilla uendita, ut habetur *Ex tra*,  
 35 ‘De iure patronatus’, cap. *Consulis*; set in simplici canonicatu  
 sunt annexa spiritualia cum temporalibus, scilicet officium cum  
 prebenda; ergo, cum prebenda possit uendi, uidetur quod cum  
 ea transire possit canonicatus licite, | dummodo non plus uen-  
 datur prebenda propter canonicatum.

40 [A3] Item non minus sunt spiritualia antecedentia ad sacra-  
 menta quam consequentia; set antecedentia ad sacramenta, ut  
 uasa sacra, possunt licite uendi, dummodo non plus uendantur  
 ratione consecrationis, ut dictum est in precedenti questione;  
 ergo quodlibet beneficium ecclesiasticum, cum sit consequens  
 45 ad sacramenta uel natum consequi, potest licite uendi, dum-  
 modo non plus uendatur ratione spiritualitatis. Et confirmatur,  
 quia pure spirituale nullo modo licitum est uendere, temporale  
 uero omnino potest uendi; ergo quod est partim spirituale et  
 partim temporale, ut canonicatus cum prebenda, potest aliquo  
 50 modo uendi.

*deest B**K51ra**V134rb*

[A4] Item sicut ad imperatorem pertinet dispensatio magistratum, sic ad papam dispensatio officiorum ecclesiasticorum, et sicut non licet ambire magistratum pro pecunia, set est uitium ambitus, sic non licet ambire beneficium ecclesiasticum pro pecunia, set est uitium symonie; set imperator uendendo magistratum pro pecunia non committit in legem Iuliam uitium ambitus, immo tenetur communiter quod in curia principis non potest committi uitium ambitus; ergo similiter cum papa confert beneficium ecclesiasticum non committit symoniam.

[A5] In contrarium arguitur, quia magis est spirituale auctoritas officianti ecclesiam quam auctoritas docendi quamcumque humanam scientiam; set auctoritas uel licentia docendi non potest sine peccato uendi, ut habetur *Extra*, ‘Ne pro licentia docendi aliquid exigatur’, quasi per totum; ergo fortiori ratione auctoritas officianti ecclesiam nullo modo licite potest uendi; set in simplici canonicatu | est auctoritas officianti ecclesiam; ergo etc.

[A6] Responsio. Aliquem excusari a symonia in collatione simplicis beneficii potest intelligi dupliciter: uno modo quod non incurrat penam debitam symoniacis ex statuto iuris; alio modo quod nec culpam committat nec penam iuris incurrat. In primo casu clarum est quod papa uel ille cum quo papa dispensat non potest committere symoniam, quia sicut dictum fuit in

deest 38

55

60

65

70

75 arguendo, sicut leges non ligant imperatorem, ita nec canones  
 papam, set potius leges habent uim ex imperatore et canones ex  
 auctoritate pape; propter quod papa uel ille cum quo dispen-  
 sat non ligatur statuto canonum, ut incurrat penam a canone  
 taxatam; | et in hoc articulo questio non est dubia. Si autem  
 80 intelligatur secundo modo, an scilicet aliquis possit excusari ne  
 in casu nostro committat culpam symonie, sic questio est dubi-  
 tabilis, maxime de papa. Circa quam procedetur sic, quia primo  
 ostendetur in generali quod papa potest committere culpam  
 symonie sicut quicumque inferior prelatus. Secundo ostende-  
 85 tur specialiter quod in casu nostro papa peccaret uitio symonie  
 sicut quicumque alius.

[A7] Primum declaratur sic: omne peccatum est deuiatio  
 ab aliqua lege naturali, humana uel diuina recte posita; unde  
 AMBROSIVS dicit quod *peccatum est dictum uel factum uel concu-*  
 90 *pitum contra legem. Quecumque autem lex loquitur, hiis qui sub*  
*lege sunt loquitur*, ut dicitur Ro m. 3. Ex quo potest sic argui:  
 omnis homo faciens contra legem cui subiectus est | peccat; set  
 omnis homo uendens temporale pro spirituali peccat contra  
 legem naturalem et diuinam, cui omnes subiecti sunt, tam papa  
 95 quam alii; ergo talis peccat non nisi peccato symonie; ergo etc.  
 Maior patet ex hiis que dicta sunt statim; minor uero ex hiis  
 que dicta sunt in precedenti questione.

deest B

A151rb

K51rb



	[A8] Quantum ad secundum sic proceditur, quia primo ponetur opinio ALIORVM, dehinc quod uerius creditur. Primo ergo sciendum est quod QUIDAM distinguunt quod aliquid potest esse symoniacum dupliciter: uno modo   de se, et ideo prohibetur in iure; alio modo ex sola iuris prohibitione. De se sunt symoniaca que prohibentur uendi in Nouo uel Veteri Testamento, ut sacramenta, cetera uero sunt tantum symoniaca quia prohibita, et hec distinctio habetur Extra, ‘De officio iudicis delegati’, cap. <i>Ex parte</i> , in Glossa ordinaria, cui concordant INNOCENTIVS et HOSTIENSIS. Hoc supposito dicunt quod papa peccaret peccato symonie in omnibus que essent de se symoniaca, in aliis autem non;   uendere autem simplicem canonicatum aut simplex beneficium ecclesiasticum non est symoniacum, nisi quia prohibitum, ut in eadem Glossa dicitur; propter quod qui non ligatur aliqua prohibitione iuris positiui non committit uitium symonie in hoc casu etiam quoad culpam.	deest 3 100 105 110
<i>V134va</i>		
<i>B48rb</i>		
	[A9] Set hic est duplex deffectus. Primus est quia distinctio non est bona; secundus est quia conclusio non est uera. Primum patet duabus rationibus et exemplo. Prima ratio talis est: circa illud quod non est de se malum, nisi quia prohibitum,	115

non contingit peccare nisi peccato simplicis inobedientie, quia  
 120 in talibus tota ratio peccati est ex transgressione prohibitionis  
 et non ex natura facti; transgressio autem prohibitionis est pec-  
 catum solius inobedientie; si ergo uenditio simplicis beneficii  
 non sit de se symoniaca, impossibile est quod ex prohibitione  
 iuris sit ibi nisi sola inobedientia. Secunda est talis: symonia est  
 125 uenditio rei spiritualis pro temporalis; set prohibitio iuris non  
 mutat naturas rerum, ut de temporalis faciat spirituale uel econ-  
 uerso; ergo ubi non est symonia ex natura rei non potest esse  
 ex prohibitione iuris. Hoc etiam patet per exempla: comedere  
 enim pluries in die non est de se illicitum, set ex prohibitione  
 130 iuris quoad dies ieiuniorum; qui autem comedit diebus ieiunio-  
 rum pluries in die non peccat nisi peccato solius inobedientie.  
 Similiter mentiri iocose non est nisi peccatum ueniale; si autem  
 addatur preceptum prelati ne quis mentiatur, tunc mentiendo  
 non additur simplici mendacio nisi peccatum solius inobedien-  
 135 tie. Et sic est in omnibus, quia prohibitio hominis uel iuris non  
 addit nisi peccatum simplicis inobedientie. Quia tamen predi-  
 cta distinctio ponitur in iure, ideo ne totaliter uideatur reprobari  
 dictum iuristarum, potest exponi sic quod illud quod non est  
 symoniacum de se est symoniacum ex prohibitione, non qui-  
 140 dem quoad culpam, quia ibi non potest esse culpa symonie,  
 set inobedientie, ut dictum est, set quoad penam, quia faciens  
 contra talem prohibitionem iuris simili pena punitur acsi esset

*deest* 3

uere symoniacus. Contingit autem quandoque quod illa peccata simili nomine censentur que simili pena puniuntur, et hoc modo dicitur aliquid symoniacum, quia prohibitum, sicut permutatio beneficiorum que fit sine auctoritate superioris non est de se symoniaca; posset enim quis licite permutare canonicatum suum in canonicatum alterius, si hoc faceret ea intentione, ut proficeret magis in alia ecclesia quam in ea quam habet, nisi prohibitio iuris esset in contrarium; propter quam hoc iudicatur symoniacum nisi fiat auctoritate superioris cuius est iudicare, ne quis transeat de ecclesia ad ecclesiam cupiditate maioris lucri et non animo magis proficiendi.

[A10] Conclusio etiam non est uera, quia uenditio beneficii ecclesiastici est de se symoniaca, ut postea | patebit, et est prohibita iure diuino in euangelio *M a t t h . 10*, non quidem in se, set in suo simili; non enim est minus spirituale auctoritas eligendi episcopum et officiandi ecclesiam quam auctoritas predicandi; set in simplici canonicatu est auctoritas eligendi episcopum et officiandi ecclesiam; cum ergo predicatio prohibetur uendi *M a t t h . 10*, simili modo, immo | fortiori ratione prohibetur uendi auctoritas | eligendi episcopum siue officiandi ecclesiam que est in simplici canonicatu.

deest 38

145

150

155

160

[A11] Dicendum est ergo aliter quod conferre pro pecunia  
 165 simplicem canonicatum est symoniacum de se et non solum ex  
 iuris prohibitione. Quod patet sic: in simplici canonicatu sunt  
 duo, scilicet officium ad quod quis mancipatur, et beneficium  
 temporale quod inde percipitur; beneficium enim datur prop-  
 ter officium ad sustentationem ministri. Istud autem benefi-  
 170 cium non est aliud quam quoddam emolumentum temporale  
 datum a fundatoribus ecclesiarum et aliis deuotis personis loco  
 et officio pro sustentatione ministri qui debet in loco officiare;  
 instituere autem ministrum pro tali officio et pro tali loco per-  
 tinet ad prelatum cuius est iudicare de ydoneitate ministri; set  
 175 quod institutus recipiat beneficium non est ex dono prelati, qui  
 nichil iuris habet in beneficio quoad hoc, set ex dono fundato-  
 ris, qui tale beneficium dedit ministro seruituro in tali loco et in  
 tali officio. Et hoc satis innuitur in *A u t h e n t i c a*, ‘De sanctis-  
 simis episcopis et clericis’, | *Si quis oratorii domum*, coll. IX, ubi  
 180 expresse dicitur quod fundatores ecclesiarum debent expensas  
 ministrare clericis; set clerici debent institui per episcopum, et  
 instituti debent *obseruare suis ecclesiis et adimplere ministerium  
 ecclesiasticum*. Ex quo sic arguitur: dare spirituale pro tempo-  
 rali est symoniacum et contra ius naturale et diuinum, ut patet  
 185 ex precedenti questione; set uendere simplicem canonicatum  
 est dare spirituale pro temporali; ergo est de se symoniacum et  
 contra ius naturale et diuinum; set hic nullus potest excusari a  
 peccato; ergo etc. Minor patet ex dictis, quia prelati non dat  
 aliquod beneficium, nisi quia instituit ministrum loco et offi-  
 190 cio; institutio autem ministri ad diuinum officium est pure spi-

deest 3

A151va

ritualis prout nunc loquimur de spirituali, quod de facto uendi potest; ergo etc.

[A12] Ad primum argumentum dicendum est per interemptionem minoris et quod dicit HOSTIENSIS non est necessarium sequi nisi quis uoluerit. Quod autem subditur, quod in Scriptura sacra non inuenitur aliquid dampnatum ut symoniacum nisi uenditio sacramentorum et operatio miraculorum, falsum est. *Matth.* enim 10 prohibentur uendi omnes actus spirituales, ad quorum aliquos simplex canonicus deputatur; in lege enim ueteri reprobatum quod aliquis fieret minister per pecuniam, ut habetur III *Reg.* 13 quod quicumque uolebat, implebat manum suam et fiebat sacerdos.

[A13] Ad secundum dicendum quod non est simile de iure patronatus et de collatione beneficiorum, quia ius patronatus, cum transit uendita uilla uel castro, non uenditur directe et primo, quia super ipsum non cadit uenditio, set super uillam uel castrum, nec uenditur etiam secundo, quia non plus uenditur uilla uel castrum propter ius patronatus annexum, alioquin esset symonia; set si uenderetur beneficium ecclesiasticum, uenditio directe caderet super illud quod esset spirituale, quia prelatum non habet aliter dare beneficium, nisi quia habet instituere ministrum ad officium. Et ideo si aliquid uenderet, hoc primo uenderet, et ratione huius quodcumque aliud temporale annexum, et sic caderet uenditio directe super illud quod esset spirituale, quod non posset esse sine uitio symonie.

[A14] Ad tertium patet per idem, quia antecedentia ad sacramenta, ut uasa sacra, possunt uendi licite dummodo non uen-

*deest* B

195

200

205

210

215

dantur plus ratione consecrationis, quia super illud quod est  
 220 corporale cadit directe uenditio, set officium consequens ad  
 sacramentum est secundum se spirituale, et ideo uendi non  
 potest, nec ratione temporalis beneficii annexi consequentis, |  
 cum non transferatur nisi prius translato officio; propter quod  
 oportet uenditionem primo cadere | super officium, quod est  
 spirituale.

225 [A15] Per hoc patet ad sequentem confirmationem, quia  
 quando aliquid est partim corporale et partim spirituale, potest  
 aliquo modo uendi ratione corporalis, quando uendens directe  
 et per se potest illud corporale in alterum transferre et non  
 mediante spirituali, quod non est in proposito.

230 [A16] Ad quartum dicendum quod imperator uendens  
 magistratum, licet non peccet in legem Iuliam ambitus, pec-  
 cat tamen in legem naturalem, cui subicitur. Similiter papa si  
 uendat quodcumque officium ecclesiasticum, licet non peccet  
 in canonem, cui non subicitur, peccat tamen in legem diuinam.

*deest B*

*V135ra*

*K51vb*